igitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
XLII
A
52
NAPOLI

XLII A ~~49~~ 52

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLII
A
52
NAPOLI

MORALES
SENTENTIÆ AVREÆ,

ac perbreues, à quamplurimis, tum Græcis, tum Latinis, tum recentioribus ſcriptoribus egregijs; ſumma diligentia ſelectæ: ac miro dupliciq; alphabetico ordine diſpoſitæ, per

ANTONIVM GAZAM Alexandrinum.

Quo quid vitandum, quid fugiendum, quid deniq; amplectendum, in cuiuſcunque ferme rei & negotij principio; quiſq; facillimè inuenire poterit.

Veronæ, Apud Franciſcum Rubeum.
Superiorum Permiſſu. 1641.

Excellentiſsimo Domino

HIERONYMO

FRANCIOSO

Summo Philoſopho ac Medico
præſtantiſſimo.

ANTONIVS GAZA S.D.

Hominem non ſolum ſibi, verum etiam alijs naſci, omnes ferè aſſerunt ſapientes, ac vſus, quotidianaq; experientia, planè docet: qua de re inductus ſapientiſſime Doctor, ſententias longo annorum ſpatio, multo ſtudio, labore, ac diligentia è quam plurimis ſcriptoribus à me collectas, ad commune emolumentum ſub prælum poni inſtitui. Et quoniam non me præterit tali in re aduerſus malignorum ac inuido-

rum morſus, alicuius doctiſsimi viri opus eſſe tutela; tuis virtutibus, et ſumma motus doctrina, ſub nominis tui felici auſpicio, hos meos labores in lucem edere decreui. Itaque, vt hoc meum opuſculum ſinceræ meæ voluntati ſociatum (hæc illi ſufficiat) hilari ac læta fronte acceptum habeas, atque tui eximij ingenij nobilitatis, virtutis sũmæq; ſapientiæ clypeo conſerues ac tuearis, te etiam atque etiam vehementer rogo.

Duabus potiſſimum de cauſis autorem nomina minimè citaui. Prima, quòd plurimos eandem ſcriptores reperi perſæpè dixiſſe ſententiam. Secunda, quòd haſce huius libri ſentẽtias nonniſi à claſsicis ſcriptoribus decerptas ſatis ſcire viſum fuit. Vale, & ſub tuo mè patrocinio ſeruare ne dedigneris.

Vana omittenda curioſitas, honeſta Sequenda vtilitas. Vale.

Veronæ 28. Settembris. 1641.

Abſentia.

ABséte ſele muſculi ducũt choreas.
Abſente Cerere, & Baccho frigeſcit Venus.
Delectatione, & ſpiritu abſente coniũgimus.
Diſtantia loci non ſeparat amicitiam, ſed operationem.
Domini abſentia ſeruos probat fidos.
Nno minor fruimur mentali oculo, quã corporali.

Aaſtinentia.

Abſtinentia nimia corpus & animus eneruatur.
Abſtinentia nimia ſæpe vitiũ generat.
Abſtinétia valde cõfert febricitãtibus.
Abſtinentia eſt mater ſanitatis.
Melior eſt abſtinentia vitiorum, quam ciborum.
Pone gulę metas, vt ſit tibi lõgior ętas.
Eſſe cupis ſanus? ſit tibi parca manus.
Periculoſa eſt teneris grauis abſtinétia.
Per carnis abſtinentiã vitia extiguũtur.
Quid prodeſt attenuari corpus abſtinentia, ſi animus turgeſcit.

Abundantia.

Abundantia temporalium, æternorum facit obliuionem.

Copia faſtidiũ, & nauſeã parere ſolet.
Damnum niſi ex abundãtia rarò venit.
Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis.
Romæ imperium ingens ſolæ corrupere opes.
Superflua poſſeſſio ſolet obeſſe mortalibus.

Accidentia.

Conſtanter ferenda, quæ accidunt.
Fugere nemo poteſt, quod futurum eſt.
Inſperata magis accidunt, quàm quæ ſperes.
Inter os & offam multa interuenire poſſunt.
Leuiora ſunt, quæ repertina accidunt.
Non omnia oĩbus æquè feliciter cedũt.
Quidquid diu expectatur leuius accidit.
Sepe vtile eſt neſcire, quod futurum ſit.

Accuſatio.

Accuſans debet eſſe melior accuſato.
Accuſans ſeipſum, iram Dei mitigat.
Accuſatur fruſtra, qui a iudice laudatur.
Carere debet omni vitio, qui in alterũ paratus eſt dicere.
Hominem improbus ſatius aſt accuſare, quàm abſoluere.
Non ſemper eſt reus accuſatus.
Præſumitur, quod accuſatio fiat cauſa inuidiæ.

Actio

Actio.

Agẽs malũ ſponte peior eſt agente vi.

Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur.

Dulciſſimum vitæ genus eſt agere ſua.

Fruſtrà fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora.

Factis procul, verbis tenus, sũt ſophiſtę.

In arduis conſtanter eſt agendum.

In actionibus principium illud eſt, cuius cauſa res fit.

Non poteſt Thetidem ſimul, & Galateam amare.

Non fœdat palmas, qui ſua facta facit.

Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis ſit cum inuitus facias.

Omnis actio à ſacris eſt inchoanda.

Omnis actio vacare debet temeritate, & negligentia.

Omnis virtus in actione conſiſtit.

Omne agens agit propter finem. (ſa.

Oĩa fiunt, aut natura, aut arte, aut cau-

Qui per alium facit, perinde eſt ac ſi faceret per ſeipſum.

Quid facturus es ne prædixeris.

Septem ſunt res, quæ ad omnia facienda homines inducunt, cuiuſuis ętatis, conditionis, habitus animi Fortuna,

Natura, vis, conſuetudo ratio, ira, & cupiditas.
Simul flare, & ſorbere homo nequid.
Sellis duabus qui ſedet, vtraque excidit.
Vbi reb. opus eſt verbis inaniter iactet.

Admiratio.

Admiratio magna parit ſilentium.
Admiratio de reb. inexpertis naſcitur.
Aſſiduitas experiendi paulatim ſubtrahit admirationem.
Miracula non rerum virtute, ſed poteſtate Dei fiunt.
Nullum oſtentum quod natura fit.
Oẽ admirabile eſt iucundum.
Qui dubitat, & admiratur, ignorari videtur.
Quod rarò euenit excitat admirationẽ.

Admonitio.

Admonitio principio eſt amara, poſtea eſt iucundiſſima.
Ne ſpernas conſilia bene monentis.
Noli deſiſtere monere amicum.
Qui admonet, quam plurimum adiuat.
Sæpe admonitio parit ſalutem.
Solent ſperni bonæ admonitiones.
Vidimus multos admonitione amicat factos meliores.

Adoleſcentia.

Adoleſcentia eſt flos iuuentutis.

Ado-

Adoleſcentia à libidinibus arcenda.
Adoleſcẽs mutus ſit apud Reges, apud ſenes taceat.
Adoleſcentes modeſti ſunt iuuentutis ornamentum.
Adoleſcentia ſine obedientia eſt ſine diſciplina.
Adoleſcentis animus laudibus, & præmaturis honoribus ad ſuperbiam extollitur.
Adoleſcentis eſt maiores natu colere.
Adoleſcentium cõiunctio improba eſt ad filiorum procreationem.
Adoleſcẽtes facilius in morbos incidũt: grauius ęgrotant, triſtius curantur.
Adoleſcenti dare vinum eſt oleum igni addere.
Compara in adoleſcentia modeſtiam, in ſenectute ſapientiam.
In adoleſcentia tamquam in herba, cognoſcitur virtus futura.
Libidinoſa adoleſcẽtia efętam corpori tradit ſenectutem.
Nec prudentiæ, nec conſilij eſt adoleſcentia compos.
Otium omnia mala docet adoleſcẽtes.
Optimos quoſque adoleſcentes decet morem parentibus gerere.

Officium adoleſcentis eſt maiores natu reuereri.

Rōne non vi adoleſcentia eſt vincenda.

Regenda eſt bonis exemplis feruida adoleſcentia.

Si adoleſcentes malè morati euadunt, primæ ætatis formatoribus potiſſimum eſt imputandum.

Vita iuuenilis imbuenda eſt litteris, & bonis moribus.

Verba magis, quàm verberibus regitur ingenua adoleſcentia.

Vnum iuuenem cognoris, omnes noueris.

Vt in equis ferocioribus, ita interdum ex adoleſcentium vitijs, præclara virtutum indoles deprehenditur.

Aduerſarius.

Nemo coronatur ſine aduerſario.

Quouis modo fas eſt vincere aduerſarium.

Si deſit aduerſarius, deſit & victoria.

Solus currenes facilè vincit.

Virtus langueſcit, abſque aduerſario.

Aduerſitas.

Aduerſitas frequens parit patientiam.

Aduerſa homo melius fert quam fælicia.

Ad-

Aduerſa à nobili viro ſunt æquo animo ferenda.
Aduerſitas noſtra non eſt ira Dei, ſed admonitio.
Creſcit in aduerſis humana virtus.
Caſus minus læti formant prudentiam.
Fortiaq; aduerſis apponite pectora reb.
Hectora quis noſcet, fęlix ſi Troia fuiſſet. Publica virtutis per mala facta via eſt.
Habet in aduerſis auxilia, qui in ſecundis commodat.
Infelicitas conducit ad aſtra.
In afflictionibus eſt philoſophandum.
In aduerſa pręceps incidit, qui proſperis nimium fidit.
Lęta oĩa raro eueniunt, ſine infelici re.
Magis obdurandum aduerſus vrgẽtia.
Quouis mõ fas eſt vincere aduerſariũ.
Rebus ſecundis, ne eferaris, aduerſis ne decidaris.
Stultò adeò sũt ſæpe homines, vt rebus in arctis confugiunt ad eos, quibus vltro lædere mos eſt.
Tunc cum triſtis erat defenſa eſt Ilion armis, Militibus grauidum lęta recepit equum. (amico.
Triſtitia omnia ſupera, aut animo aut

Venit poſt multos vna ſerena dies.
Vexatio nobis dat intellectum.
Vir probus tentatur, vt ignibus aurum.

Adulatio.

Adulatio prodigos vocat liberales, auaros parcos, laſciuos curiales ſapientes. garulos affabiles, obſtinatos cõſtantes. pigros maturos, & graues. ſic cætera vitia vocat virtutes.
Adulatio eſt fallaci laude ſeductio.
Adulatio eſt maxima in amicitia peſtis.
Adulatione qui delectatur, muſcæ ſimilis eſt, quæ fœdis delectatur.
Adulatores vt peſtem fugito.
Amici adulantes peruertunt, inimici odentes corrigunt.
Cauendum eſt ne aſſentatoribus patefaciamus aures.
Ex feris obtrectator, ex cicuribus adulator pernitioſiſſimè mordet.
Laudare prẹſentes adulatoris eſt.
Malo verbis offendere, quàm placere adulando.
Melius eſt in corbos, quem in adulatores incidere.
Nemo ſuam turpitudinem ſpectat, ſed ſibi quiſque adulator eſt.
Nimius ſui amator adulatores admit(tit.

Peſſimum venenum eſt adulatio.
Plus nocet adulatoris lingua, quàm perſequtoris gladius.
Qui de amore non venit honor, eſt adulatio.
Qui adulari neſcit, aut inuidus, aut ſuperbus reputatur.
Qui adulatorem audit ferrum ſibi acuit.
Qui corã in os te laudat inſidias ſtruit.
Qui laude ficta ducitur cor non habet.
Quid eſt adulationis vnctio, niſi domorum emunctio?

Adulterium.

Adulteri dicitur, qui nuptias violat.
Adulter animo adulter eſt corpore.
Adulter non prolem, ſed voluptatem quærit.
Adulterium eſt matrimonium illicitum.
Adulterum virum facit mulier, quæ ab eo diſcedens.
Adulterium curioſitas eſt alienæ voluptatis.
Adulterium feris ac barbaris etiam deteſtabile.
Adulterium prolis cupiditate minimè excuſat.

Aemulatio.

Æmulatio eſt imitatio virtutis.
Æmulatio & amor plus valent, quàm pœna vel timor.
Æmulatione virtus cognoſcitur.
Æmulus eſt figulus figulo.
Auidiſſimi odij parens eſt æmulatio.
Ibi eſt inuidia, vbi eſt æmulatio.
Inertia abit, vbi intrat ęmulatio.
Laus æmulationis incitabulum eſt.
Marcet ſine ęmulo aduerſario virtus.
Parilitas ingeniorum æmulationem facit.
Suum ęmulum qui perdit virtus perit.
Tunc bene fortis æquus reſerato carcere currit. Cum quos prætereat, quoſque ſequatur habet.

Aequalitas.

Æqualitas pacis, & tranquilitatis altrix.
Æqualitas murmuris accuſationem excludit.
Æqualis ęqulem delectat.
Æquè quis à ſuis fert vinci æqualibus.
Æquum circa proportiones in diſtribuendo verſatur.
Non omnia omnibus conueniunt.
Pares cum paribus facilimè congregantur.

Procerioribus ad mota, quam vis excelſa corpora decreſcunt.

Res vigent æqualitate, & comitate publicæ.

Aetas

Ætatis dum veragitur; tum conſule brumæ.

Ætas feruorem, & audaciam quotidie aufert.

Ætatis reuertionē non tribuit natura.

Alia ętas alios mores poſtulat.

Aſtutè dum celatur ętas ſe indicat.

Acta ætas & ſplendida ſola affert conſolatiouem.

Fugax eſt ætas, & vitrea valetudo.

Labitur occulte fallitque volatilis ętas.

Non omnis ætas ad perdiſcendum ſat eſt.

Omnia tandem aufert ętas.

Prima pars ęui ſe ſe neſcit, media curis obruitur, vltima ſenectute premitur.

Rudis ętas optimis, non ſuperuacaneis occupanda.

Sic voluendo ętas commutat tempora rerum, (denique nullo.
Quod fuit in pretio ſub honore eſt

Vnus dies eruditi plus valet, quam imperiti longiſſima ętas.

Vita

Vita breuis, & ars longa.
Vtendū eſt ętate cito pede labitur ętas.

Aeternitas.

Momentaneum delectat, æternum cruciat.
Temporalia videntur, æterna minimè.
Vita hac momentanea æternam contemplamur.

Affabilitas.

Affabilitas ad conciliandam amicitiam eſt efficaciſſima.
Morum affabilitas contrahit beneuolentiam.
Plurima apparet in affabilitate gratia.
Sal conuerſationis eſt inter amicos affabilitas.
Vinculum amicitiæ eſt dulcis affabilitas.

Affectatio.

Affectatio eſt conatus in caſſum emulandi alienam virtutem.
Nihil affectatione ſtomachoſius.
Tranſit condecentiam omnium rerum affectatio.
Vult videri naturaliter agere affectatio.
Vbi eſt affectatio, naturalis obſcuratur gratia.

Ab-

Agricultura.

Abſentia domini in agricultura omnia ceſſant officia.

Ager, cum mercari volueris, ſæpe eſt reuiſendus.

Agricolæ magis appetunt lucrũ, quàm honorem.

Arua alternis annis ceſſare cupiunt.

Fertilis aſſiduo, ſi nõ renouetur aratro, Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.

Frons domini plus, quàm occipitium agro confert.

Laudato ingentia rura, exigua colito.

Nec ſterilem, quamuis ſanum, nec peſtilentem, quamuis fertilem agrum eme.

Nihil vberimum, nihil homini dignius agricultura.

Non ſatis eſt poſſedere velle, ſi colere non poſſis.

Nemo degit ſanctior agricola.

O fortunatos nimium, ſi ſua bona norint agricolas.

Parens eſt aliarum artium agricultura.

Qui arat oliuetum rogat fructum, qui ſtercorat exorat.

Quæ nunquam vacuo ſolita eſt ceſſare nouali,
Fructibus aſſiduis laſſa ſeneſcit humus.
Reddit minus ager fertilis malè cultus, quàm ſterilis eximiè cultus.
Sepe etiam eſt olitior valde oporruna locutus.
Villicus primus cubitu ſurgat, vltimus eat.

Aleator.

Aleator quantò melior, tanto nequior.
Aleator nomine chriſtiano indignus.
Culpam Deo vendicat aleator ſuam.
Cum perdit aleator pro cena vxorem verberat, & filios.
Diſcipulus, & diaboli preda eſt aleator.

Aliena.

Aliena melius corrigũt homines, quàm ſua.
Aliena dum affectamus, propria ammittimus.
Aliena nobis, noſtra plus alijs placent.
Aliena amantur, propria contēnuntur.
Aquæ furtiuæ dulciores, panis furtiuus ſuauior.
Cernunt aliorum vitia multi, non ſua.
Ex alieno tergore lata ſecantur lora.

Iudi-

Iudicare de alienis facilius eſt, quàm de ſuis.

In aliena vitia ſumus oculati, in noſtra (cæci.

Qui ſua neglexit ſtultè aliena petit.

Si aliena æſtimaris infortunia, tunc æquiore mente perfers tua.

Amans.

Ah miſer, ah infelix, qui non reamatur amando.

Amans quilibet vigilat, & obſeruat.

Amantibus omnia ſunt ſuſpecta.

Amantes rectè de forma iudicare non poſſunt.

Amans allucinatur, & cæcutit in eo, quod amat.

Amantiũ iræ amoris redintegratio eſt.

Amãs, quod ſuſpicatur vigilans, ſõniat.

Amantis iuſiurandum pœnam non hẽt.

Amãtis anima in corpore, nõ viuit ſuo.

Amantem te ama, iuuantem te iuua.

Diſſimulare nequit, nec fingere quiſquis amator.

Iræ amantium breui valent momento.

Namque per iratos amor amplius ardet amantes.

Nullus liber erit, ſi quis amare volet.

Nulli labores oneroſi ſunt amantium.

Qui non vult fieri deſidioſus, amet.

Quæ

Quæ minimè ſunt pulcra, ea pulcra videntur amanti.

Ambitio.

Ambitio hypocriſis eſt mater.
Ambitio ſępe amicitiam peruertit.
Ambitio angelica poteſtate priuauit angelos.
Ambitio eſt peſſimum demon.
Ambitioſus omnia ſe męrere prę̨ſumit.
Ambitio & auaritia omnium ſcelerum elementa.
Ambitione peſtis maior non eſt in ciuitatibus.
Ambitioſus paucos habet amicos.
Ambitioſus ſtatim, vt eſt ad honorem promotus in ſuperbiam extollitur: in iactantia efrę̨nat, non curat prodeſſe, præſumit ſe melioré, quia cernit ſe ſuperiorem: priores dedignatur amicos: notos ignorat: externos comitatur: contemnit antiquos: vultum auertit, ceruicem erigit: faſtum oſtendit, grandia loquitur. ſublimia meditatur: ſubeſſe non patitur, pręſſe molitur, eſt ſubditis oneroſus: omnibus infeſtus: pręceps, grauis, arrogans, importunus.
Funus pulcriores ſequitur.

Fa-

Faſtus ineſt pulcris, ſequitur ſuperbia formam.

Omnes recuſare honores ambitionis eſt.

Timida eſt ambitio, & ſolicita cupiditas magiſtratus.

Vbi eſt ambitio, ibi eſt aſinitas.

Ambulatio.

Ambulatio eſt gratia ſanitatis.

Ambulatio obſonat famem.

Ambulatio iuxta aquas eſt iucundiſſima.

Ambulatio in aperto melior eſt quàm in porticu.

Ambulatio fidelium amicorum eſt iucundiſſima.

Hyemalis ambulatio frigus pellit, & corporis valetudini confert.

Amicitia.

Amicitia eſt æquitas mutuæ beneuolentiæ.

Amicitia, quę non placet, diſſuenda potius, quàm diſcindenda.

Amicitia eſt triplex, virtuoſa vtilis, & iucunda.

Amicitia vtilis, deficiente vtilitate, perit.

Ami-

Amicitia eſt reperta ad iucunditatem: non ad reprehenſionem.

Amicitia tanto eſt certior, quantò eſt vetuſtior.

Amicitia in malo eſſe minime poteſt.

Amicitia eſt ī ſimilib. reciproc⁹ amor.

Amicitia triplex, naturalis ſocialis, & communicatiua.

Amicitia ſal eſt vitæ mortalium.

Amicitia firmiſſima eſt inter pares.

Amicitię fides nō quærit ſyngraphum.

Amicitiæ coagulum vnicum eſt fides.

Amicitię firmamentum eſt ſapientia.

Amicitia niſi inter bonos eſſe poteſt.

Amicitiā magis decet deſſuere, quàm repentè præcidere.

Beneuolētia non eſt amicitia, ſed principium amicitiæ.

Cum finitimis populis potentibus ſemper oībus virib. amicitia cōſeruāda.

Diutinam amicitiam cuſtodi.

Eſt iucundiſſima amicitia, quæ ſimilitudo morum coniugauit.

Morum ſimilitudo contrahit amicitiā.

Nulla poteſt eſſe iucunditas ſublata amicitia.

Nihil eſt dificilius, quàm amicitiā vſq; ad extremum conſeruare.

Ni-

Nimia amicitia aliquando cauſam dat odij.
Non vtilitatis cauſa amicitia eſt expetenda.
Nouæ dignitates veteres ſolent amicitias immutare.
Non ſubiacet accidenti amicitia perfecta.
Qui commodi gratia ſunt amici, ſublata commodi ſpe, deſerunt amicitiã.
Ruit amicitia, ſublata beneuolentia.
Silentiũ ſępe amicitiã diſſoluere ſolet.
Triplex amicitia, virtuoſa, vtilis, & iucunda.
Vera amicitia in bonis duntaxat habe-(tur.
Vera amicitia etiam poſt mortẽ durat.
Vtilis amicitia cum vtilitate ceſſat.

Amicus.

Amico fideli nulla eſt comparatio.
Amico, & inimico nolli narrare ſenſum tuum.
Amicus amici gaudet bonis, & dolet triſtibus.
Amicus vna anima eſt in duobus corporibus habitans.
Amicis, fortuna aduerſa vtentibus, idem eſto.
Amicum ama, ipſius vitia oderis.
Aman-

Amandi nec multi, nec nulli.
Amicus certus incerta cernitur re.
Amicus non eſt, qui fortunæ particeps non eſt.
Amico fideli tantum conſilia ſecreta reſonde.
Amicorum paupertati ſuccurre.
Amico vel iuſta cauſa, ne malediceris.
Amici prius ſunt probandi.
Amicus magis eſt neceſſarius, quàm ignis, & aqua.
Amici vitia, ſi feras, facies tua.
Amicum ne ioco quidem licet lædere.
Amicum perdere eſt damnũ maximũ.
Amicus fidus portus eſt ſalutis.
Amicis tuam felicitatem imperti.
Aliter amici, aliter inimici iudicant.
Ante amicum delige, deinde dilige.
Arduum eſt, tum comparari, tum vti multis amicis.
Bonis amicis parcis vtendum.
Boni imperij nullum maius inſtrumentum amico.
Bonus amicus læſus grauiùs iratur.
Citiùs ad infortunatos, quàm fortunatos amicos proficiſcere.
Comparat viuum theſaurum, qui amicum comparat.

Con-

Contra patriam arma pro amico ſumenda non ſunt.
Clam coarguas amicos,ſed palam laudaueris.
Difficiles eſt inuentu bonus amicus.
Extra fortunæ eſt, quodcunque donatur amicis, Qũas dederis ſolas ſemper habebis opes.
Fauere inimico amicus noſter haud eſſe poteſt.
Fælicitas amici *fælicitas* mea eſt.
Hyrũdo manet ęſtate, fugit hyeme,ſic falſi amici.
In re arcta amico ne eſſe cõtator velles
Inter amicos ne fueris iudex.
Inter duos amicos,caue ſis arbiter.
Inter veros amicos nihil veritate iucundius.
Largiri, & opem ferre amicis, hoſpitibus & familiaribus iucũdiſſimũ eſt.
Lędés me amicus nihil diſtat ab hoſte.
Liberè amicum verum loquere.
Leuas miſerias,amico ſi narraueris.
Multos amicos inuenit felicitas.
Mage cauendum amicorum inuidiam, quam hoſtium inſidiæ.
Membrũ membro,amicusamico eget.
Multi ſunt amici ollæ.

Nemo ylli eſt maior amicus, quã quiſq; eſt ſibi.
Nonnulli ſimulatq; quidpiam adhorti ſunt, aliorum implorent auxilium fruſtra.
Nobis nocet, amicis noſtris, qui nocet.
Nouos amicos verba blanda condecét.
Negligit ſuos amicos dignitate exaltatus.
Niſi vterque amat, neuter amicus.
Nolli te facere nimis ſodalem, ſic gaudebis minùs, & minùs dolebis.
Ne quid expectes amicos, quod tu te facere poſſis.
Paucos amicos rebus aduerſis probes.
Potius vnus amicus inſignis, quã multi vulgares.
Præpone amicos veros vel parentibus.
Prius conſumetur modius ſalis, quam cognoſcatur mortalis.
Qui deſinit eſſe amicus, amicus nõ fuit.
Qui ſuſſurat inter amicos, generat diſcordiam.
Qui ob vtilitatem ſunt amici, cum vtilitáte diſſoluuntur.
Quos viceris, caue amicos eſſe tibi credas.
Regni præſidia amici ſunt firmiſſima.
Rebus

Reb. in humanis nil dulcius experieris,
Alterno cõuictu & fido pectore amici.
Salis modius amicum facit.
Sunt veri amici pauci, menſæ plurimi.
Sine conuiuictore amico vita inſuauis.
Si amico mutuam pecuniam dederis, vtrunque perdes.
Vtque comes per ſolis radios euntibus vmbra eſt, Cum latet hic, preſſus nubibus, illa fugit.
Veri amici inueniri non poſſunt.
Verum amicum res aduerſę, & pericula monſtrant.
Vita inculta, & deſerta ab amicis iucunda nunquam eſſe poteſt.
Vbicunq; ſunt amici, ibidẽ ſunt, & opes.
Victoria amici eſt amico communis.
Vnum Thimon habuit amicum, cæteros hoſtes.
Veri amici, vix totidẽ ſunt, quot Thebarum portæ.

Amor.

Amor virtutis alium cupidinẽ ſuperat.
Amor pudorem, modum, conſilium nõ habet.
Amor otioſorum eſt negotium.

Amorem libenter ferto.
Amor audaciæ, & confidentiæ præceptor eſt.
Amor animæ otioſæ affectus eſt.
Amor optimus magiſter eſt diſcentibus.
Citò facit, qui cum amore facit.
Clauus clauo, amor amore pellitur.
Diuitijs alitur luxurioſus amor.
Heu mihi quod amor nullis eſt medicabilis herbis.
Hic ſyncerus amor ſynceros laudat amantes.
Hic laſciuus amor laſciuos damnat amantes.
Iniuria amantis ſoluit amorem.
Immodicus amor nonunquam in odiũ vertitur.
Improbe amor, quid non mortalia corpora cogis?
Littore, quot chunchæ, tot ſunt in amore dolores.
Libertas quoniã non vlli reſtat amanti.
Nullus liber erit, ſi quis amare volet.
Non eſt verus amor, niſi quem conciliat virtus.
Nullus affectus rationi minùs optemperat, quàm amor.

Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur maieſtas & amor.

Nemo quem metuit diligit.

Nec modus nec requies, niſi mors reperitur amori.

Nihil eſt, quod amore, effici non poſſit.

Nihil mutuo amore ſuauius.

Nihil eſt tam ferreum, quod amoris igne non vincatur.

Nullus eſt amantibus oneroſus amor.

Nox & amor, vinumq; nihil moderabile, ſuadet Illa, & pudore vacat, liber amorque metu.

Oēs humanos ſanat medicina dolores, ſolus amor morbi non amat artificē.

Oīa vincit amor & nos cedamus amori.

Qui non zelat, non amat.

Quid non amor improbus audet?

Qui verè amat præter vnum amare nō poteſt.

Quod amabile eſt, aut bonum, aut iucundum, aut vtile eſt.

Res eſt ſoliciti plena timoris amor.

Succeſſore nouo, vincitur omnis amor.

Sed ratio, non mens laſciuia gubernet amorem.

Sed maior pęna eſt, quod amor tam feruidus olim, In crudele odium mu-

tatur torquet amantes.
Sęuus amor docuit natorum ſanguine matrem. Commaculare manus.
Si vis amari ama.
Si dulcedinem diuini amoris perfecte guſtaueris, de temporali dulcedine, non curabis.
Sine zelotipia non eſt perfectus amor.
Suis ſimilem motibus quiſq; amat.
Sunt, qui neminem amãt, niſi cum perdiderint.
Verus amor pericula, & mortẽ irridet.
Verus amor nullũ nouit habere modũ.
Vnum amare facilius eſt, quã multos.
Verus amor non ſentit amaritudinem.

Animal.

Animal pingue parum habet sãguinis.
Animal multum pingue citò ſeneſcit.
Animalia, præter hominem, noſcunt ſibi ſalutaria.
Animalia magis nutriuntur dormiendo, quàm vigilando.
Animalia multum coeuntia citò ſeneſcunt.
Brutis tantum data eſt ratio, ad vitam tuendam.

Niſi

Niſi fame, aut timore pugnant feræ.
Omne animal ſeipſum diligit, & ſui cõſeruationem curat.
Omne animal naturam habet patibilẽ.
Omne animal appetit, quod ſibi natura accomodauit.
Pecorum nobilitas in bono validoque corpore ſita eſt, hominis vero in bonitate.
Pugnat omne animal pro catellis ſuis.

Anima.

Anima dum viuificat corpus dicitur, dum vult animus, dum ſcit mens, dũ recolit memoria, dum rectè iudicat ratio, dũ ſpirat ſpiritus, dum aliquid ſentit ſenſus.
Anima eſt ſubſtantia creata inuiſibilis, incorporea, immortalis, Deo ſimilima, imaginem habens creatoris.
Anima paſcitur ſcientia, & veritate.
Anima nunquam ſeneſcit.
Anima coniuncta corpori, eiuſdem complexionem ſequitur.
Animæ patria eſt ipſe Deus.
Anima reuireſcit inter anguſtias.
Animæ eſt corporis dulce conſortium.

Calore anima omnia operatur.
Decor animæ eſt duplex, humilitas, & innocentia.
In quieſcendo, & ſedendo, anima fit prudentior.
Subſtantia alicuiuſuis corporis eſt anima.
Vt viſus eſt in oculo, ita mens in anima.

Animus.

Animus conturbatus non eſt aptus ad exequendum munus ſuum.
Animus in corpus dominicum habet imperium, mens vero in appetitum.
Animi partes duæ ſunt, quarum altera ſenſum, motum appetitum habet, altera rationis, & intelligentiæ eſt particeps.
Animus gaudens ętatem floridam facit.
Animus vel cum nullo, vel cum modico dolore e corpore diſcedit.
Animus dubius facilè hac, illuc impellitur.
Animi ęgritudo morbus potentiſſimus.
Animi totidem vitia ſunt quàm virtutes.

Animus eſt autor culpæ, & caro miniſtra.
Ægritudo mentis corporis ægritudinem auget.
Alios ex animo meo metior.
Anguſtus animus optat terrena.
Cultura animi philoſophia eſt.
Cæci ſunt occuli, cùm animus aliam rem agit.
Corpus cibo, animus ſermone paſcitur.
Dediſcit animus ſerò, quod didicit diu.
Eſt peior animi morbus morbo corporis.
Frons eſt animi ianua.
Humana mens ignara ſortis abditæ
Nocitura pro ſalubribus petit.
Humani animi difficilis eſt coniectura.
Humanus animus decerptus eſt ex mente diuina.
Iraſcitur grauius bonus animus læſus.
In aduerſis animus probatur.
In fronte & vultu, ſicut in ſpeculo cernitur animi voluntas.
Medicina corpus, philoſophia animum curat.
Maior eſt animi voluptas, quàm corporis.
Melius eſt corpore quã aĩo ęgrotare.

Parua leues capiunt animos.
Paratus animus contra iniqua caſuum, aut vincet illa, aut fortiùs certè feret.
Sępe ad vltionē deficit vis, non animus.
Spectandus animus, pulchritudo nil valet.
Sit pauper, qui vult vacare animo.
Tardus pes, eſt animus velox.
Vince animum iramq; tuam, qui cætera vincis.
Vincere animum, atque cohibere iracundiam melius eſt, quam ſuperare hoſtem.

Antiquitas.

Antiquitas non præiudicat veritati.
Nil eſt ſub ſole nouum.
Reddit ſtuporē antiquitatis maieſtaſ.
Recētioribus locū occupat antiquitas.
Vetera excolimus, recentium ſumus incurioſi.
Veteribus multa licuerunt, quæ nunc non licent.

Arcana.

Arcana cela, amicis vtere.
Nolli ſapère, plus quàm oportet ſapère.
Nullū ſecretū eſt, vbi regnat ebrietas.
Qui narrat ſecretum ſuum, fit ex libero ſeruus.

Quæ

Quæ ſupra nos nihil ad nos.
Secreta Dei, mens noſtra ſcrutans, allucinatur.

Argumentatio.

Argumentum eſt probabile inuentum ad fidem faciendam.
Argnendo, & diſputando veritas inuenitur.
Argumenta captioſa breuibus regulis ſunt ſoluenda.
Magis in ratione, quam autoritate ſſit argumentum.
Qui diſputat ſæpe à vocum ſimilitudine capitur.
Reſpondendum non eſt captioſis argumentationibus.

Arrogantia.

Arrogantia eſt animi motus, quo quis mouetur ad iãctandũ, quod non hẽt.
Arrogans eſt nemini amicus.
Arrogãtia eſt malorum fons, & radix.
Contemnere omnes, culmen arrogantiæ eſt.
Ex rerũ affluentia naſcitur arrogantia.
Eſt omnibus odioſa arrogantia.
Indoctus idem atque arrogans ſuo ſemet ſermone ignorantiam prodit.

Ars.

Ars vim,ingenium fortitudinẽ ſuperat.
Ars imitatur naturam.
Ars eſt infelicitatis portus.
Ars infęcunda eſt ſine vſu, & vſus eſt temerarius ſine arte.
Ars quidam habitus eſt cum ratione vera effectiuus.
Ars multa complet, quæ natura non poteſt.
Ars dux eſt certior,quàm natura.
Arte meliora fiunt, quæ ſunt bona natura.
Ars gubernandi ciuitates principatum tenet.
Difficilè tenebis, quæ acceperis, ſi non exerceas.
Diſce bonas artes igitur ſtudioſa iuuẽtus, Quæ certę ſecum commoda ſortis habent.
De arte non iudicat, niſi artifex.
Ex vilibus ars naſcitur primordijs.
Incumbere varijs artibus, vbique languidum.
Nulla ars repente perfecta exiſtit.
Nauita de ventis, de tauris narrat arator Ennumerat miles vulnera, paſtor oues.

Pon-

Portus & refugium hominibus eſt ars.
Perdocet paupertas artes omnes.
Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat.
Quò pauciora tractat, erras rarius.
Quod caret ratione, ars non eſt.
Tractant fabrilia fabri.
Vnuſquiſque in arte ſua ſapiens.
Vnicum confugium, in egeſtate eſt ars.
Vnum quemq; decet artem exercere, quam didicit.
Vnuſquiſque eſt ſua arte miſer.
Veriſſimum alimentum ſunt artes & litteræ.

Artifex.

Artifex amat artificem, modo ne ſit offenſio.
Ex minimo veſtigio artifex cognoſcit artificium.
Figulus ſemper odit figulum.
Mutare materiam artifex minimè poteſt.
Paupertas optimum artificem efficit.
Plura artificia vix cum laude exerceas.
Pulcrum opus laudat artificem.
Tractant fabrilia fabri.

Virtutem exercere non poteſt, qui vilibus opificibus occupatus eſt.
Vnuſquiſque artifex diligit opus ſuum.
Vnicū ab vno optimè perficitur opus.
Vnicuiq; vitę ſuę īduſtria inſtar eſt opū.

Aſſiduitas.

Ab aſſuetis non fit paſſio.
Ab inſuetis fraus præſumitur.
Deteriora inſuetis minùs nocent.
Guta cauat lapidem, non bis, ſed ſępe cadendo. Sic homo fit doctus nō bis ſed ſępe ſtudendo.
Magnæ res magis frequentatione & diligentia, quàm viribus conficiūtur.
Nihil eſt aſſuetudine maius.
Nihil eſt tam arduum, quod non vincat aſſiduitas.
Quæ terribilia ſunt ab inſolētia, ęa reddit aſſuetudo blanda & molia.
Quælibet negotia aſſiduitate fiunt.
Venenum non timet mitridatica aſſiduitas.

Aſtutia.

Aſtutus videt malum, & ſe abſcondit: ſimplex pertranſit, à rete capitur.
Fit & fuga ſæpe aſtu non formidine.
Magis aſtutia, quā vi vinces aduerſariū
Quod non pōt effici vi, efficitur aſtutia.

Vi-

Viribus deficiétibus adhibetur aſtutia.
Vitanda magis barbarorum aſtutia, quàm vires.

Auaritia.

Auaritia nec copia nec inopia minuitur
Auaritię omnium eſt iniuſtitiæ fomes.
Auaritia animum & corpus effeminat.
Auaritia eſt ars malorum omnium.
Creſcit amor nummi, quantùm ipſa pecunia creſcit.
Feruens amor ardet habendi.
Homines auaritia Deorum fiunt contemptores.
Homines auaritia ferarũ immaniores.
Lucro inflãmatur auaritia, non extinguitur.
Maxima egeſtas eſt auaritia.
Parari auaritia cogit, frui vetat.
Quò plus ſunt potæ, plus ſiciũtur aquæ.

Auarus.

Auarus, ſi potentiorem vidit, timet, vt raptorem, ſi inferiorem vt furem.
Auarus non ipſam ſubſtantiam poſſidet, ſed ab ipſa poſſidetur.
Auaro nihil eſt ſceleſtius.
Auarus nunquam implebitur pecunia.
Auarus, niſi cum moritur, nihil recte facit.

Aua-

Auari Deus nummus eſt.
Auarus eſt hidropico comparandus.
Auarus quanto ditior, tanto eſt pauperior.
Auarus vt omnia poſſideret, nullum vellet eſſe hominem.
Æque eſt egens, qui ſatis non habet, atque is, cui nihil ſatis poteſt eſſe.
Cuius omnis in pecunia ſpes eſt, eius à ſapientia eſt animus remotus.
Cani fame affecto eſt ſimilis auarus, nam quidquid accipit protinus deuorat, & ſemper ad ſpem futuri hiat.
Diues auarus eſt inops.
Diuitiæ auaris moleſtius, & ſolicitudines afferunt.
Ditiſſimi qui ſunt, ſunt & pauperrimi.
Doctrina auarorum eſt, tāti te putare, quanti habueris.
Eſt plurimùm mali, & nihil gaudij auaro.
Excuſatio auari eſt cumulare pro filijs.
Illiberalis nemini prodeſt, immo ne ſibi ipſi quidem vtilis eſt.
In nullum auarus eſt bonus, in ſe peſſimus.
Mulierum genus auariſſimum præſumitur.

Nec ſibi nec alijs prodeſt dum viuit auarus.
Negandi cauſa nunquam auaro deficit.
Heu miſer in medijs ſitictes ſtat Tantalus vndis, Et poma eſurcens proxima habere nequit.
Nomine mutato de te id dicitur auare, Qui quaſi non habeas, non frueris quod habes.
Non ſolum auarus, qui cupit aliena, ſed qui cupidè ſeruat.
Pauperior hoc auarus eſt, quo ditior.
Plorant auari autumnitate vberima.
Quicunq; auarus iuſiuranda negligit.
Quò quiſque eſt ditior, eò magis diuitia quærit.
Rabido cani eſt auarus ſimiles.
Rerum ſuarum non fruitur quiquam auarus.
Semper eget citiens, midus, ceu Fantulus vndis, Inter anhelantes pauper auarus opes.
Sermoné à mortuo, nec ab auaro gratiam expectes.
Seruiet eternum, qui paruo neſcit vti.
Suam carnem liberius, quàm aurum auarus tradit.

Semper mendicant auari.
Tam deeſt auaro quod habet, quàm quod non habet.
Vbique auarus eſt inutilis.
Vſurarij pecunia eſt ſimilis morſui aſpidis.

Audacia.

Audaciam potiſſimum accendit deſperatio.
Audax vir omnibus in rebus melior.
Audentibus nihil vnquam eſt inexpugnabile.
Audentes fortuna iuuat, timidoſque repellit.
Cũ ſpei nihil eſt, ſumit arma formido.
Clauſis ex deſperatione creſcit audacia.
In rebus dubijs multum valet audacia.
Murus in bello eſt audacia.
Quam plurima eſt in pauculis audacia.
Sæpe ex metu alieno audacia creſcit.
Tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito.

Auditor.

Docilis eſt qui attentè vult audire.
Excitat auditor ſtudiũ laudataq; virtus creſcit, Et immenſum gloria calcar habet.

Vult

Vult auditor eſſe modeſtus, reuerens, & humilis.

Auiditas.

Auidus ſecũdis, nõ eſt cautus triſtibus.

Auiditas habendi nec menſæ tempore ceſſat.

Nihil habet, qui totum cupit.

Vna ſylua plurimis elephãtis ſufficit, homo vero vix paſcitur terra, & mari.

Aula.

Aurea rumpunt tecta quietem.

Exeat ab aula, qui cupit eſſe pius.

Paucos beauit aula, plures perdidit; ſed & hos quoq; ipſos, quos beauit, perdidit.

Vana palatinos quos educat aula clientes; Dicitur auratis nectere compedibus.

Vultu fucato, quod non eſt intus, ſimulat aula.

Vano ſplẽdore aula liberos facit ſeruos.

Aurora.

Ante lucem ſurgere, & ad ſanitatem, & ad curam rei familiaris, & ad ſtudium philoſophiæ quàm plurimum prodeſt.

Aurora eſt apta ſtudijs & gratiſſima muſis.

Aurora

Aurora cui cordi non eſt, veſperi cordi eſt.

Frigida aurora eſt, Borea cadente.

Hora vna auroræ, tres valent.

Lætificat animum aurora, & recreat ſpiritus.

Rebus gerendis matutinum optimum.

Aurum.

Aurum & argentum omnium vitiorum materia.

Auro ad vincẽdum, nihil eſt efficacius.

Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

Auro pulſa fides, auro venalia iura.

Aurũ non mius, quàm ferrũ vulnerat.

Aurum ignis, mortale animam vinum indicat.

Auro conciliatur amor.

Aurum, & prauitatis, & virtutis tenet habenas.

Aurum homines in dæmones mutat.

Aperit vel Orci portas aurum.

Auri vſus bonus, abuſio mala.

Aurum labore acquiritur, timore poſſidetur, dolore amittitur, mentem fatigat, ſolicitat affligit.

Aurum & argentum ludibria ſunt fortunæ.

Au-

Aurum nō Philippus ſubegit Græciam.
Excæcat auri fulgor vel fortiſſimos.
Ideò pallens eſt aurum, quod multos habeat inſidiatores.
Lapis eſt auri iudex, eſt aurum hominum.
Non minore periculo ſeruatur aurum, quàm labore acquiritur.
Plurimus auro venit honor.
Quod minimè ferro poteſt occupatur auro.
Sæpe ſolent auro multa ſubeſſe mala.
Vincit aurum, imperat iniuerſis aurū.
Vilius eſt argentum auro, virtutibus aurum.

Auxilium.

Auxilijs inimicis nec dare, nec accipere oportet.
Auxiliam diuinum per bonam vitam conſiliandum.
Deus ante omnia opera in auxilium vocandus.
Habet in aduerſis auxilia, qui in proſperis commodat.
Mortalis diuinū auxiliū deſiderat oīs.
Mutuum debet eſſe auxilium.
Nihil tam minutum eſt, quod iuuare non queat.

Nocere facile eſt, prodeſſe difficile.
Nullius ope ſe credit indigere, qui alteri negat.
Nulli vnquã prodeſt tardum auxiliũ.
Odi auxilium ferre ſerò amicis.
Succurre amicorum paupertati.
Vltro qui porrigit auxiliũ, bis porrigit.

Barbarus.

Barbarus dicitur vir inhumanus, ſine moribus ciuilibus, abſq; pietate & religione.
Barbarus eſt, qui agit præter rationem.
Barbari naturaliter sũt inimici ijs, qui non ſunt barbari.
Fidem cum ſorte mutant barbari.
Impetu pro virtute vtuntur barbari.
Magis inter belluas quàm inter homines numerandi ſunt barbari.

Beatitudo.

Beatus eſt qui nihil vult, niſi qđ habet.
Beatus ille, qui procul negotijs.
Cui ſatis alma Ceres, cui ſatis vnda beatus.
Nihil ab omni parte beatum.
Nemo mortalium in omnibus beatus.
Nemo beatus, niſi qui in Deo eſt beat⁹.
Nemo ante obitum dicitur beatus.

Nul-

Nulla beatitudo in ſublunaribus reperitur.
Vera beatitudo eſt amare Deum.
Viſione Dei admirāda aīæ fiunt beatę.

Bellum.

Ars bellandi, ſi præluditur, cum fuerit neceſſaria, non timetur.
Armorum diſciplinam diſcant pueri.
Belli exitus ſunt incerti.
Bellum eſt potiſſimū cōſilio gerendū.
Bellum omnem impietatem docet.
Bellum ſe alit in terra hoſtica.
Bellicæ rei ſcientia pugnandi alit audaciam.
Bellare qui vult cauſas facilè inuenerit.
Bellum parit pacem, & pax bellum.
Bellum non niſi iuſtè ſuſcipiendum.
Bellum glorioſum, pace turpi, optabilius eſt.
Bellum iniuſtum eſt, ſi priùs non fuerit indictum.
Bellum ſtatuta non quærit.
Bellum rapinis ſe ipſum alit.
Bellorum cauſa eſt dominandi libido.
Bene pugnāt milites ſub duce, quem amant.
Cibo vinoque graues ad prælium non ſunt idonei.

Con-

Cõgruẽs clamor magni refert in acie.
Diſcat miles otio, quod poſſit perficere bello.
Error in bello eſt mors, & rerũ euertio.
Facilè imparatum, vel parua manu opprimas.
Haud cruentum eſt bellum, quod libertatem prebuit.
In bello iuſto ſpes eſt victoriæ.
In bello pudor eſt maximè periculoſus.
Ius bellicum etiam hoſti ſeruandum.
Incerta ſemper martis pendet alea.
In bello aut vincendum, aut fortiter occubandum.
In bello celanda ſunt principũ conſilia.
In bello plùs valet prudentia quã vires.
Iniuſta bella deteſtanda, nam triſtes exitus habent.
Longa belli præparatio celerem parit victoriam.
Magnum ſæpe latet bellum ſub nomine pacis.
Nulla ſalus bello, pacẽ te poſcimus oẽs.
Nulla mœnia sũt tam munita, quin machinis, aut fame, aut auro capiantur.
Non tam prodeſt bellica in re virtus, quàm velocitas.
Nullus è bello ſceleſtus ad ſuos reuertitur.

Non

Non eſt diuitiarum ſicura poſſeſſio, niſi armorum defenſione ſeruetur.
Omnia ſunt miſera in bellis ciuilibus.
Occáſio in bello plùs quã virtus valet.
Omne bellum facilè initur, difficile finitur.
Pace, quos cernes feroces, cernes bello profugos.
Præſentia ſtrenui imperatoris ſæpe dedit victoriam.
Periculoſa eſt murorum oppugnatio.
Peritus bellator, & pugnandi, & fugiẽdi nouit tempus.
Qui frumentum comeatu non parat, vincitur ſine ferro.
Qui bello opprimi non poſſunt, opprimuntur dolo.
Qui bellum ſuſceperunt, belli incommoda patienter ſufferant.
Qui deſiderat pacem præparet bellum.
Quæ capere armis diſperas, expugna prudentia.
Suſcipienda bella ſunt, vt in pace ſine iniuria viuatur.
Sępe obſidetur arctiùs, qui alterum obſidet.
Sępe explorator ſub legato delitet.
Sapientes pacis ſpe bellum gerunt,

laborem ſpe otij ſuſtentant.
Tota belli fortuna à virtute prudétiaq; ducis pendet.
Venatio artis bellicæ præludium eſt.
Vtilius eſt armis ſuos erudire, quàm alienos mercede conductos.
Victoriam ſuam dat hoſti, qui diſperſis militibus ſequitur hoſtem.

Beneficium.

Abs quouis homine beneficium accipere gratum eſt.
Antiquiora beneficia ſubuertis, niſi recentibus cumules.
Beneficium non eſt materia, ſed tribuẽtis actio.
Beneficij dignis vbi das, omnes obligas.
Beneficij ceſſatio benefactori parit odium.
Beneficium inſolubile generat odium.
Beneficij accepti memor eſto.
Bis eſt gratum, quod opus eſt, vltro ſi offeras.
Beneficiũ dare, qui neſcit iniuſtè petit.
Beneficium compenſari ſolet ſępe ingratitudine.
Beneficium accipere eſt libertatem vendere.
Beneficia plura recepit, qui ſcit reddere

Bene-

Beneficia male locata, maleficiũ puto.
Benefacere bona plenum eſt ſpe.
Beneficia addenda ſunt, ne priora oboleſcant.
Benefactores plus amant beneficatos, quàm ipſi benefactores.
Conferre in alios beneficia, corrigere & emendare iucundum eſt.
Datum pulcrum eſt obliuiſci, accepti meminiſſe decet.
Gratia gratiam parere ſolet.
Ignotis prodeſſe laus magna.
Ille non tulit gratis, qui cum rogaſſet accipit.
Melius apud bonos, quam apud fortunatos beneficium collocari puto.
Non ſunt beneficia, niſi in boonos conferenda, alioquin pereunt.
Nullum beneficium dandum eſt negligenti.
Pars beneficij eſt, quod petitur, ſi bellè negas.
Qui beneficium dedit, vt accipiat, non dedit.
Quod merentibus datur, ius eſt non beneficium.
Quod citius conſeneſcit, eſt gratia.
Quod non venit gratum, perditum eſt

non datum.

Qui dedit beneficium taceat, narret, qui accepit.

Qui ſerit beneficium, metit fructum.

Sero beneficiũ dedit, qui rogatus dedit.

Vide de quo benemerearis, multi enim ſunt, qui accepto beneficio, in auctoris abuſi ſunt perniciem.

Benignitas.

Benignum te cunctis præbeas.

Comitas amicos facile parit.

Malo diu benignus, quam breui tempore dominus appellari.

Splendor benignitatis beneuolentiam parit.

Vincitur à benignitate hominum ferocitas.

Rigidat malos, & non emollit benignitas.

Vbi eſt benignitas, non ſunt controuerſiæ.

Bonitas.

Bonum virum decet de cæterorum commodis, æquè laborare, ac de ſuis.

Bonus iuuat omnes, & nemini nocet.

Bonis placeas potius, quam plurimis.

Boni moriuntur læti, triſtes verò mali.

Boni

Boni ob ſe ipſos ſunt amici, in eo enim, quod boni ſunt mutuò ſe amant.
Bonus sẽper bonus, neq; mores mutat.
Boni viri & virtutis eſt benefacere.
Boni faciles ſunt deceptu.
Boni viri Dei imagines ſunt.
Cum bonis ambula, cum malis pacem habeto.
Cum bonis bonus, cũ malis malus eris.
Etiam erubeſcũt pro alienis vitijs boni.
Facile eſt in bonis imperium, in malis difficile.
Honeſtè parce ĩprobo, vt parcas bono.
Homo frugi omnia rectè facit.
Iuſtis & bonis tantum eſt via ad cœlum.
Multi ſunt vocati, pauci verò electi.
Maturius moriuntur, qui placent Deo.
Malum eſt facile, eſt bonum difficile.
Nunquã vir bonus repentè ditatus eſt.
Non ſemper boni è bonis naſcuntur.
Nullum eſt bonum, niſi fuerit ſpontaneum.
Nullo inquinãtur boni ſolis radijs ſtercore.
Nec ſcit pati probus, nec facere iniuriam.
Non corporis ornatum quæram, ſed animæ.

Nihil eſt facilius, quàm e bono, malus fieri.
Non eſt bonus, qui non acerbus eſt malis.
Non ſat eſt bonus laudare, at imitari eos decet.
Oderunt peccare boni, virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pęnę.
Optimus quiſque amandus.
Optimum inter nos diuturnare non ſcinit Deus.
Peccatum bonus quiſq; ſolicitè cauet.
Perſæpe inter vepres naſcitur roſa.
Plurimum facere, & minimum de ſe loqui, optimi viri eſt.
Probitas ad omnia diſciplinarum genera viam aperit.
Qui bonum colunt, & equum ſemper ditat hos Deus, fraudolentes improboſque ſemper contra pauperat.
Qui malorũ contagione nõ corrumpitur, eſt optimus.
Rari quidem boni, vix totidem ſunt, quot Thebarum portæ.
Semine bono bonum fructum colligas, è malo malum.
Semet laudat vir bonus, cum laudat bonum.

Vir

Vir bonus aduerſis tentatur, vt ignibus aurum.
Vir bonus bonum nunquam odit.
Vir bonus paucis legibus indiget.

Breuitas.

Breuitas obſcuritatem parit.
Breuis oratio penetrat Cęlos.
Fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora.
Obſcurus fio, dum breuis eſſe laboro.
Orationi breui multum ineſt ſapientię.
Peior eſt longitudo, quam obſcuritas orationis.
Paucis verbis opus eſt, ſed efficacibus.
Quidquid præcipias eſto breuis, vt citò dicta; Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

Cæcitas.

CÆcus perfectiores habet cęteras virtutes.
Cæci virtutes interiores habent perfectiores.
Cæci fæminę & enuchi non calueſcũt.
Cæcus de coloribus iudicare nõ poteſt.
Hoc bonum habet cæcitas, quòd ſuum malum non videt.
In terra cęcorum monoculus eſt rex.

Sepultura viui hominis eſt cæcitas.

Calamitas.

Calamitates quanto magis improuiſæ, tanto magis offendant.

Calamitoſis non eſt oddẽda calamitas.

Poſt calamitatem memoria altera eſt calamitas.

Rarò vlla calamitas ſola venit.

Vigoreſcit virtus, per calamitates.

Videt calamitorum patiens celum apertum.

Calumnia.

Aduerſas malitiam calumniandi nihil eſt tutum.

Acutior quouis gladio calumnia eſt.

Nullũ eſt aduerſus calumniatoris morſum remedium.

Pernicies multorum eſt calumnia.

Simul habitãt calumnia, & malignitas.

Vincitur calumnia, quod non poteſt armis.

Canities.

Cani indicant ætatem, mens prudentiã.

Cani ante tempus indicant ingenium.

Canities intempeſtiua fit à complexionis malitia.

Naſcitur canities humorum cruditatẽ, & caloris defectu.

Caput.

Abluito rarò pedes, nunquam caput.
Caput carnoſum malam deſignat cõplexitionem.
Eſt pulcrum caput, ſed cerebrum non habet.
Piſcis putere incipit à capite.
Si non vis falli fugias comertia calui.
Scalptio capitis reuocat mentem.

Carmen.

Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quærant.
Me mane, me venti, me fera iactat hyems.
Carmina proueniunt animo deducta ſereno.
Nubila ſunt ſubitis tempora noſtra malis.
Effugiunt auidos carmina ſola rogos.
Pertenebroſa eſt virtus abſque luce carminum.

Caſtigatio.

Corrigit quam plurimos vnius caſtigatio.
Deus ob delictum pęnas expetit.

Dulcior eſt religioſa caſtigatio, quàm remiſſio.
In dies fit peior incaſtigatus.
Non amat, qui ſinit impunè peccare.
Parum proficit in malis caſtigatio.
Plus valet correctio apud bonum, quã caſtigatio apud improbum.
Docet leonem verberatus canis.

Caſtitas.

Caſtitas eſt virtus ſub iugo rationis, impetum libidinis refrenas.
Caſtitas ſine charitate eſt lampas ſine oleo.
Caſtitas conſpectu impudico perditur.
Caſtitatis ſignum eſt frugalitas.
Nec caſta eſt, quæ metu cogitur.
Periclitatur caſtitas in delitijs.
Vir caſtus facit vxorem caſtam.
Vxor caſta præſumitur, quæ in præterito fuit caſta.

Caſus.

Caſus eſt inopinatè rei euentus.
Omnia ſunt homini tenui pendentia filo, Et ſubito caſu, quæ valuere ruunt.
Quædam affert caſus, quæ laborioſum ſtudium & meditatio nequit.
Sępe efficit caſus, quod vis efficere non poteſt.

Cauſa.

Bona cauſa paucis verbis indiget.
Cauſa eſt nobilior cauſato.
Cauſa quæ bona eſt requerit iudicem, & mala arbitrum.
Cauſam morbi ignorans, nõ poteſt curare morbum.
Cauſa primaria rerum eſt ipſe Deus.
Ceſſante cauſa, ceſſant effectus.
Culpa fontis eſt, ſi parce fluit aqua.
Præciſa fontis vena, areſcit riuulus.
Piſcis putere incipit à capite.
Tunc ſcimus, cũ cauſam cognoſcimus.
Vniuerſaliter cauſa prior eſt ſuo effectu.

Cautio.

Cautus foueam metuit lupus.
Cauẽdum, ne ſępius in eandem foueã, noſtra culpa cincidamus.
Caueat ſimilitudinẽ, qui nõ vult decipi.
Eſto alieno periculo cautior.
Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo, Omnibus vnca cibis ære ſubeſſe putat.
Stultus eſt qui futura præuidit, & non cauet.
Tanto quis debet cautiùs ambulare, quanto ſcit inter inimicos eſſe.

Celebs.

Nil ait eſſe prius, melius nil celibe vita.
Qui cupit vxorem, litem cupit atque dolorem.
Qui fugit vxorem, litem fugit atque dolorem.
Senibus atque iunioribus nulla melior eſt ſalus quàm fæminis carere.
Satius cum leone & dracone, quàm habitare cum muliere nequam.

Celeritas.

Animæ cupienti nihil ſatis feſtinatur.
Citò & bene habitant rarò ſimul.
In iudicando criminoſa eſt celeritas.
In bello celeritas magis prodeſt, quàm virtus.
In celeritate maximum ferè eſt bonum.
Quæ ſtatim maturauere, non durant diu.
Succreſcunt faciles ſpinæ, facileſque ſecantur.

Certitudo.

Certius ſcimus quę videmus, quàm quę audimus.
Certis certa, anteponantur vero.
Certa amittimus, dum incerta petimus.

Nil

Nil morte certius, & illius hora incertius.

Charitas.

Charitas robur eſt fidei, & mors criminum.

Charitas non querit, quæ ſua ſunt.

Charitas cor vnum multorum fratrum facit.

Charitas perfectionis vinculum eſt.

Charitas oēs philoſophię partes explet.

Charitas in totum ſe extendit orbem.

Charitas lāguet peccatis multiplicatis.

Maxima quidem charitas debetur parentibus: proxima filijs: & deinceps reliquis.

Prima charitas incipit à ſeipſo.

Pauper in charitate eſt diues.

Sine charitate, diues eſt pauper.

Chriſtianus.

Chriſtianum nomen vanum, ſine Chriſti imitatione.

Chriſtianus ſemper patitur perſecutionem.

Chriſtianus non generatur, ſed fit.

Chriſtianorum dignitas non in terra, ſed in cęlo eſt.

Non eſt chriſtianus, qui non ſeruat Euangelium.

Præ-

Cleantes negat vllum eſſe cibum, quin in die ac nocte vna, concoquatur.

Cibus omnis cum gratiarum actione ſumendus.

Cibus immodicus & animæ & corpori nocet.

Diſcite quam paruo liceat producere vitam.

Ex natura viuere ſummum bonum eſt.

Ex arboribus olea eſt vtilior, ex fructibus, jvua & ficus eſt iucundior.

Edendo deficere, quàm excedere ſalubrius eſt.

Habet ſomnos graues cibus grauis.

Inquinant, & non alunt copioſæ & diuerſæ dapes.

Labores cibos præcedant.

Modicus & temperatus cibus & animę & corpori vtilis.

Nempe marceſcunt epulæ ſine fine petitæ, Illuſique pedes vitiorum ferre recuſant corpus.

Non minor voluptas recipitur ex viliſſimis eſcis, quàm ex exquiſitiſſimis.

Omnibus oleribus præſtat braſcia.

Obſoniorum ſal omnium optimum.

Parabile, & appetibile, natura deſiderat.

Par-

Paruis minimiſque rebus natura contenta eſt.

Quod malè ſapit malè nutrit.

Quod bene ſapit bene nutrit.

Qui panem ſuauiſſimè comedit, abſonij non indiget.

Sapor dulcis eſt maximè naturæ amicus, & valde nutrit.

Simplicior cibus & menſa mediocris, plurimum habet iucunditatis.

Tantum cibi, & potionis eſt adhibendum, vt recreentur vires, non opprimantur.

Turpe eſt ſtomachi ſui non noſce menſuram.

Vt viuam eſſe debet, viuere non vt edam.

Varietas ciborum corruptionem præbet.

Ciuis.

Bonus ciuis patriæ commoda ſuis præponit.

Ciuis eſt is, qui patriam ſuam diligit, ac bonos omnes ſaluos incolumeſque deſiderat.

Ciues ſunt ſocij vnius ciuitatis.

Ciues boni de patria benemerentur.

Ciuium ſi res valet priuata, valet & pu-

publica.
Cum moritur pauper, vix vnus adeſſe videtur.
Eſt malus ciuis, cui non ſat eſt, quod cęteris eſt ſatis.
Nulla vi ſed amore firmes ciues.
Tutela regum ſumma, eſt ciuium fauor.

Ciuitas.

A muliere male regitur ciuitas.
Beatiſſima eſt ciuitas, quæ à ſapientibus regitur.
Ciuitas eſt ciuium multitudo.
Ciuitas ſine legibus, eſt corpus ſine anima.
In ciuitate libera lingua & mens libera eſſe debet.
Impoſſibile eſt ciuitatem magnam optimè gubernare.
Intereunt tunc ciuitates, cum bonis à malis non diſcernuntur.
In magna ciuitate multa & varia ingenia ſunt.
Magna ciuitas magna ſolicitudo.
Melius eſt ciuitatem regi à viro optimo, quàm à lege optima.
Nulla inuenitur, quæ non peccet ciuitas.

Nō oportet ciuitatē eſſe ſine cuſtodia.
Opus eſt multa prudētia viro vrbi prę-ficiendo.
Obediētia ſubditorū eſt felicitas vrbis.
Res eſt naturalis ciues ciuib. inuidere.
Sine ſeueritate ciuitas adminiſtrari nō poteſt.
Si ciues bene morati ſunt, bene munitum eſt opidum.
Tunc ciuitates ruere conſueuerunt vbi, Nequeunt probos ab improbos diſcernere.
Vrbs munita viris non eget muris.
Vrbium pēdet ſalus à penis & premijs.
Vbi pręſes erit philoſophus ciuitas erit felix.
Vrbes beatæ cauſidicus miſeras facit.
Vrbs magna ſi diu quieſcit corruit.

Clementia.

Clementia eſt lenitas inferioris aduerſus ſuperiores.
Clementia Dei menſuram non habet.
Magnum timoris remedium eſt clementia.
Ne geras imperium, ne priuſquam parcere didiceris.
Pulcrum eſt vitam donare minori.
Perpetuo vincit, qui vtitur clementia.

Re-

Regis clementia verecundiam peccãdi facit.

Regi eſt decorum maximam clemẽtiã.

Saluũ regem in aperto clementia facit.

Virtutum prima regis eſt clementia.

Clericus.

Clericus exemplum debet eſſe ſecularibus.

Contemnitur clericus, ſi ſæpe rogatus ad prandium, aliquando nõ recuſat.

Caſtitas eſt perpulcrum ornamentum Sacerdoti.

Colloquia & munera mulierum à clericis vitanda.

Eſt dulcis vita monacorũ contẽplatiua.

Habitus monachi eſt contẽptus mundi.

Multi ſunt Sacerdoti in nomine, pauci in opere.

Monachi nihil in futurum reponant.

Mali medici corpora: Sacerdotes idiotæ animos occidunt.

Populus ſæpe ruit culpa Sacerdotum.

Qui à religione lucrum quærit, Eccleſiam Dei ſpeluncam facit.

Sacerdotis eſt ſcire legẽ Domini, & ad interrogationes reſpondere de lege.

Sacerdotes pro populorum iniquitates damnantur.

Sacerdotes vicarij ſunt Chriſti.
Sacerdos bonus eſt ſol in populis.
Sacerdotis manibus operari non licet.
Vagus monachus diaboli mancipiũ eſt.

Cogitatio.

Cogitatio tua ſit triplex, quiſquis, qualis, quid in natura, quis in perſona, qualis in vita.
Cogita quod iuſtum eſt, non quod vtile.
Cogitationes robuſti ſemper in abundantia.
Cogitationes obſcenæ omni beſtia ferociores.
Cogitatio rationis eſt fons.
Exiturus domo quid faciendum, cum redieris quid feceris, cogitatio.
Erudito & homini docto cogitare eſt viuere.
Minùs affligit ſenſus fatigatio, quàm cogitatio.
Metus ademit conſilium, recogitatio reddit.
Non omnia conueniunt, quæ in animo ſtatueris.
Quocunque tempore non cogitaueris Deum, puta te tempus amiſiſſe.

Cognitio.

Abſque cognitione ſui creatoris homo pe-

pecus eſt.
Cognoſcere ſeipsũ eſt tẽperãter viuere
Difficile eſt ſeipſum noſcere, at ſuauiſſimum.
Difficile eſt in voluptatibus ſe bene noſcere.
Homo figura, & oratione cognoſcitur.
Prima eſt prudentis laurea noſce virũ.
Prudentis eſt noſce, menſuram ſuam.
Vnuſquiſq; bene iudicat, qđ cognoſcit.

Collectio.

Facilius eſt reperta diſſoluere, quàm diſcipata colligere.
Flumina collectis multiplicãtur aquis.
Multa modica faciunt vnum ſatis.
Vt apes à floribus, ſic è libris mel eſt colligendum.
Vocati ſunt multi pauci vero electi.

Commoda.

Aratrum bos præoptat, equus ephipiũ.
Alteri nocere, ſui cauſa, non licet.
Nemo non ſeruit ſuis commodis.
Plura inſtant homini incõmoda, quàm commoda.
Pro ſuis commodis mutare vota homines ſolent.
Omnis commoditas ſua fert incommoda.

Comparatio.

Bona clareſcunt, cùm fuerint malis comparata.

Corpora quamuis magna, proceribus ad mota, decreſcunt.

Certiſſimum iudicium ex collatione naſcitur.

Ingens nauis in flumine parua eſt in mare.

Purpura iuxta purpuram iudicanda.

Opoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcũt.

Videtur maximum maius malum minori comparatum.

Compaſſio.

Genus miſericordiæ eſt citò occidere.

Qui pauperibus non miſeretur eſt impius.

Tanto quiſque perfectior eſt, quanto dolores ſentit alienos.

Vbi eſt miſericordia ibi eſt Deì gratia.

Confeſsio.

A vera confeſſione mouẽtur lacrymæ.

Confeſſio eſt medicina errati.

Confeſſio peccati vulnus ſanat, & paradiſi portam aperit.

Confeſſio eſt abolitio peccatorum.

Confeſſionis verum ſignum eſt afflictio penitentiæ.

Ceſ-

Ceſſat vindicta diuina, ſi confeſſio præcurrat.

Nemo reus confiteri peccata vult ſua.

Per amarum poculum cõfeſſionis peruenitur ad gaudium ſalutis.

Peccata non commiſſa fateri cogit extorta confeſſio.

Concordia.

Concordia nihil eſt firmius, diſcordia etiam fortes reddit imbeciles.

Concordia parua creſcunt, diſcordia magna dilabantur.

Coiuncti pollent etiam inertes.

Ciuium concordia amicis fidutiam, inimicis metum auget.

Concors nihil eſt quod timeat.

Difficilis eſt inter plures concordia.

Imbecillitas humana fulcitur cõcordia.

Inuicti ſunt fratres inter ſe concordes.

Multi debiles concordi inſuperabiles fiunt.

Rebus omnibus pulcrior eſt cõcordia.

Sola virgula frangitur, con alijs colligata minimè.

Virtus omnis vnita eſt fortior.

Condimentum.

Accetuatio ſaporum peſtifera eſt.

Eſt igne nullum cõdimentum ſuauius.

Ieiu-

Ieiunus ſtomachus non quærit condimentum.
Nam ſapit eſca male, quæ datur abſque ſale.
Optimum condimentum eſt fames.
Sit condimentũ pro ſalute nõ pro gula.

Coniectura.

Coniectura eſt ſemiplena probatio.
Coniectura declarat qualis fuerit animus.
Ex tacito vultu ſcire futura licet.
Multa mala ex liuibus vitat mens prouida ſignis.
Sunt dicta & facta ex circunſtantijs æſtimanda.
Talis quiſque eſſe preſumitur, qualis eſt habitus quem gerit.
Voluntas morientis à conſuetudine ſolita præſumitur.

Conſanguinitas.

A tuis crudelius necaberis, quàm ab extraneis.
Amicus verus melior eſt cognatis.
Amicitia veritate, ſocietas fide, propinquitas pietate colitur.
A diuite aſpernatur conſanguineus pauper.
Antiqua nouis cedunt affinitatibus.

Men-

Mentis eſt conciliatio cognatorum conſilium.

Qui conſanguineos nō amat, extraneus hoſtis tenendus.

Vel cōſanguinei fiēt ob lucrū improbi.

Conſcientia.

Bona conſcientia gaudium affert & triſtitiam expellit.

Bona conſcientia perpetuam cordis affert lætitiam.

Bona conſcientia ſufficit apud Deum.

Conſciētia dicitur quaſi cordis ſciētia.

Conſcientia bonorum factorum nihil eſt dulcius.

Cōſciētia peccati eſt formidinis mater.

Conſcientiæ rectæ voluntatis maxima conſolatio eſt.

Cōſcia mens recti famę mēdacia ridet.

Liberimè loquitur bona conſcientia.

Multos refrænat homines conſcientia.

Nulla pæna grauior mala conſcientia.

Reprehenſibilis vitæ conſcientia animum reddit timidum.

Stulti malorum conſcientia torquētur.

Sola bona conſcientia caret metu.

Veritatis examen improba conſcientia refugit.

Vacare culpa magnum eſt ſolatium.

Conſilium.

A te ipſo pete conſilium, nam tua teque optimè noſti.
Aliquando conſilium non eſt bonum.
Bene conſultare magnum eſt lucrum.
Carent periculoſa conſilia exitu.
Cōſilia audacia prima ſpecie lęta ſunt, tractatu dura, euentu triſtitia.
Cōſilio animi monſtra ſuperba domas.
Cum erraueris, ne perge, ſed muta cōſilium.
Conſilium vtique plurimum valet.
Conſilio, quam vi bellum tutiùs geras.
Conſilium alijs, quàm tibi faciliùs dederis.
Conſilium etiam ſequere, vel viliſſimi.
Conſilium eſt examinandarum, & gubernandarum cauſarum ſuptilis proſpectus.
Conſilij boni opera bona ſunt.
Conſilium mulieris eſt inualidum, pueri imperfectum.
Deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel.
Duo magna ſunt contraria conſilio: ira & feſtinatio.
Faciliùs quis conſulit alijs, quàm ſibi.
Feſtinatio & ira ſunt inimica conſilio.

Ho-

Hoſtiũ conſilia ſcire pars eſt victoriæ.
In conſultatione tutior eſt cunctatio, quàm periculoſa celeritas.
Malum conſilium conſultori peſſimũ.
Noctibus à prudẽtibus initur conſiliũ.
Non ſemper eſt tutum regibus dare conſilium.
Optimus eſt portus pęnitenti conſilij mutatio.
Plus eſt conſilij in preſidio, quàm in viribus.
Principis conſilium iaceat in tenebris.
Præſtantius eſt vnicum ſed efficax conſilium, quàm plures doli, & friuola conſilia.
Principi conſule, non deliciora ſed optima.
Quem Deus perire vult, cõſilio priuat.
Scelera impetu, bona conſilia mora valent.
Tuta conſilia ſequere, & nõ temeraria.
Vis ſine conſilio nihil prodeſt.
Velox conſilium ſequitur pęnitentiam.

Conſolatio.

Adſint conſolationi boni amici.
Animo malè affecto medicinę ſunt ſermones.
Conſolatur nos Deus alios cõſolemur.

Conſoltionem vxor marito præbet.
Leuior eſt conſolatio, ex aliorum miſerijs.
Miſer miſeriorem aſpiciens, ſuam æquius fert fortunam.
Nemo meliùs amico conſolare poteſt.
Solamen eſt miſeris ſocios habere ſmalorum.
Seculo vtroque nemo poteſt conſolari.
Sola ſpes in miſerijs conſolari ſolet.
Vacare culpa magnum eſt ſolatium.

Conſuetudo.

Adeò in teneris conſueſcere multũ eſt.
Ægrè reprehendas, quod ſinis conſueſcere.
Conſuetudo eſt altera natura.
Conſuetudo omnia dura vincit.
Conſuetudo in naturam tranſit.
Ciuitatis conſuetudo non durat diu.
Conſuetudo contemptum affert.
Cũ fueris Rome romano viuito more.
Conſuetudo laboris perpeſſionem efficit faciliorem.
Conſuetus vitio quiſq; iuuenilibus annis Crimina non ſenio linquere poſſe reor.
Difficile eſt vincere conſuetudinem.
Difficilis eſt mutatio conſuetudinis.

Dif-

Difficile eſt conſuetum habitum ammouere.

Difficile eſt aſſueta, relinquere.

Ferendi conſuetudo, quidquid acciderit, faciliùs tolleras.

Facilius eſt conſuetudinem mutare, quàm naturam.

Grauiſſimũ imperiũ eſt conſuetudinis.

Malorum conſuetudo bonos deprauat.

Mala conſuetudo debet radicitùs extirpari.

Mos peruetuſtus obtinet legis locum.

Mos non fit, niſi temporis longitudine.

Multa quæ naturaliter nõ ſunt delectabilia, conſuetudine fiunt.

Quod conſuetum eſt velut inatum eſt.

Quod in iuuentute adiſcitur, in ſenectute ſeruatur.

Regina rerum cõſuetudo eſt omnium.

Sapientum vtere conſuetudine.

Si iuxta claudũ habites, claudicare diſces.

Vincere conſuetudinẽ dura eſt pugna.

Contemplatio.

Contemplantes in Terra paleam metunt, in Cælo granum.

Cogitationes vanæ contemplationem impediunt.

Contẽplatione homo aſcẽdit ad Celos.

Contemplatio admiratur, perſpicua: meditatio perſcrutatur ſecreta.

His terrenis delicijs cæleſtia contemplamur.

Homo conditus fuit ad Creatoris contemplationem.

Vita contemplatiua à terrenis ceſſare debet.

Contemptus.

Ab hoſte victus eſt ſuis contemptui.

Ab improbis irrideri laudare eſt.

Contemne diuitias, & eris diues.

Contemptus naſcitur ex æquali cõuerſatione.

Contemptus corporis mei, certa libertas eſt.

Inferiorem te ne reijcias.

Nullus vnquam eſt contemnendus.

Non ſunt contemnenda parua, quibus magna conſtant.

Nolo minor me timeat, deſpiciatque maior.

Non eſt contemnenda mora, quæ fructus afferat vberrimos.

Pecunia in loco negligere alterum lucrum eſt.

Paulatim decidit, qui ſpernit modica.

Qui terrena cõtemnit, cęleſtia requirit.

Vbi

Vbi honor non eſt, ibi contemptus eſt.
Voti compos pauca contemnit.
Vbi eſt contemptus, ibi eſt iniuria frequens.

Contentatio.

Aliena noli concupiſcere, ſed tuis contentus eſto.
Contentus minimo eſt fortunatus.
In vita cõtentum neminem Deus ſinit.
Nemo eſt ſua ſorte contentus.
Quemque ſuo decet eſſe contentum.
Suam quiſque conditionem miſerimã putat.

Contentio.

Cõtra ſtimulum nemo, niſi ſtultus calcitrat.
Cũ te potentiore nõ reluctari expedit.
Durum eſt cõtra ſtimulum calcitrare.
Potionis vſus affert contentionem.

Continentia.

Continenter viuere paucorum eſt.
Continentia eſt frenum voluptatum.
Continentia coniugalis omnium virtutum maxima.
Continẽtia non habet merita, quæ gloriam mondanam requirit.
Continentia libidinis in alijs vitijs non eſt dicenda.

Continẽs voluptatũ eſt angelis ſimilis.

Contrarietas.

Amarum amaro, pharmacum pharmaco eluas.
Contraria ob medium ſe amant.
Clauus clauum pellit.
Contrarijs contraria pugnant.
Diſpares mores diſparia ſtudia ſequntur.
Natura vetat inter ſe contraria in eodẽ loco & tempore manere.
Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.
Oderunt hilarem triſtes; triſtemque iocoſi.
Quidquid corrumpitur à ſuo cõtrario corrumpitur.

Contumelia.

Acrius mordet inferioris cõtumelia.
Cuncta fert generoſus, præter contumeliam.
Crudelis eſt in re auerſa cõtumelia.
Contumelia afficere muliebre eſt.
Cõtumeliã ſibi agit, qui alijs maledicit.
Læto animo audiẽda Imperatoris cõtumelia.
Non miſer eſt qui patitur, ſed qui facit contumeliam.

Nul-

Nulla eſt intolerabilior contumelia, quàm quæ pro beneficijs rependitur.
Prudentes difficilimè contumeliam patiuntur.
Vir ingenuus à conuitijs ſe abſtinet.

Conuerſatio.

Cum moleſto, & inſuaui nemo conuerſari poteſt.
Conuerſatione improborum probus euadit improbus.
E conuerſationi æquali naſcitur contemptus.
Inferiorē te in cōuerſatione ne reijce.
Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.
Pares inter ſe difficilè congregantur.
Qui cum claudo ambulat claudicare diſcit.
Rara conuerſatio admirationem parit.
Sumuntur & mores à conuerſantibus.
Sis in conuerſatione iocoſus.
Talis quiſq; euadit cū quib. cōuerſatur.
Vbicunque conuerſari nō debet homo ſanæ mentis.

Conuiuium.

Difficile eſt mediocritatem in conuiuijs ſeruare.
In conuiuio decet modeſtia vti.

Non decet in conuiuio gloriari.
Primus adeſſe conuiuio parum ciuile: vltimum ſuperbolum.
Pauca in cõuiuio loquere, vt alijs quoq; ſit loquendi locus.
Qui ſæpe vocat conuiuas exaurit ſubſtantiam.

Corpus.

Animi domicilium eſt corpus.
Cõtemptus corporis certa libertas eſt.
Corporis bona facilè dilabuntur.
Corporis prolixitas ob exceſſu caloris humiditatiſque exuberantia proficiſcitur.
Corpus pingue non generat ſenſum tenuem.
Corpus molibus, anima duris nutritur.
Corpus prauè diſpoſitum imperat aĩo.
Corpus gladius, mentẽ verba vulnerãt.
Cum lęditur corpus, lęditur & mens.
Corpora, quæ citò caleſcunt, frigeſcũt & citò.
Corpora noſtra vaſa fictilia ſunt.
Corporis deformitas non lędet animũ.
Corpus laborib. animus ſtudio creſcit.
Corpus non purum quantò magis nutritur, tanto magis læditur.
Corp⁹ qđ corrũpitur aggrauat animũ.

Cor-

Corpus eſt quaſi vas, & animi receptaculum.
Debile ſub vaſto ſed languet pondere corpus.
Lineamenta corporis animi virtutis ſigna ſunt.
Luxus corporis hebeteſcit mentis aciē.
Moderato labore corpora reddunt firmiora.
Pro corporis exercitatione bona eſt ſaltatio.
Plerunque in vili ac deformi corpore habitat formoſus ac magnus animus.
Pondus corporis & mentem & ſenſum tardum reddit.
Robuſtiſſima quæque corpora duros perferunt labores.
Turpe corpus non fœdat animum, ſed ab eius pulchritudine ornatur.
Vt corpori panis, mentis eruditio eſt.
Vt corpus redimas ferrum patiaris, & ignem.
Vbi corpus macreſcit, ibi animus vigoreſcit.

Correctio.

Correctio non eſt odij cauſa, ſed amoris.
Delicta ſæpe corrigendo corriges.

In leuioribus erratis ſufficit ſecreta correctio.

Magis amat corrector vulnerans, quã adulator diſſimulans.

Mundus à vitijs eſſe debet, qui aliena corrigere curat.

Multum valet in bono correctio, nihil in malo.

Peruerſum corrigere nihil aliud eſt, quàm ſtimulare inſanum.

Socijs correctio debet eſſe ſecreta.

Virga & correctio tribuit ſapientiam.

Crapula.

Culina deſtruit quoduis magnum patrimonium.

Crapula tum corpora deformiora, tum ingenia craſſiora reddit.

Multo plures occidit crapula, quàm gladius.

Non ſemper eſt fas viuere bacchanalia.

Non pauci mortem inueniunt in olla.

Nempe immarciſcunt epulæ ſine fine petitę, Iluſique pedes vitiorum ferre recuſant corpus.

Sequi fere ſolet libido crapulam.

Vires corporis, & animi crapula deſtruere ſolet.

Cri-

Crimen.

Criminis nemo exors, nemo exors infortunij.

Crimen non correctum præcipitem amicum ferre ſinit.

Heu quam difficile eſt crimen nō prodere vultu.

Vnicuiq; dedit vitium natura creato.

Crudelitas.

Aliquando plus ſæuitia, quàm bonitas iuuat.

Crudelitas non eſt punire malos cum autoritate legis.

Centurio ſæuus deſertores facit.

Ex precibus ſuplicum eſt ſurda crudelitas.

In proſtratos ſæuire barbara feritas eſt.

Malos qui percutit, non eſt crudelis.

Miſcenda eſt lenitate ſæueritas, vt fiat temperamentum.

Manſuetudo temperat rigorem.

Optimè iucunditate conditur ſęueritas.

Omnibus eſt odio crudelitas.

Potius mendax, quam crudeli.

Qui proditori miſeretur crudelis eſt.

Quiq; viris rapimur, piſcibus eripimur.

Seue-

Seueris ac tetris non vita, ſed calamitas eſt.
Temperanda eſt ſeueritas, ne veniatur ad deteriora.

Culpa.

Culpa caret, qui ſit, & prohibere non poteſt.
Culpa populi prælato conſcribitur.
Culpa nõ eſt neceſſitatis, ſed volũtatis.
Pertinaciter tueri culpã, culpa eſt alia.
Quæ noſtra culpa eſt, culpam impigemus Deo.
Vbi abeſt conſilium, abeſt & culpa.
Vacare debet culpa, qui in alterum dicere paratus eſt.
Vacare culpa magnum eſt ſolatium.

Cultus.

Etiam pudica impudica videtur nimio cultu.
Nil magis effeminat, & corpus & animum, quàm nimius cultus.
Nil minùs decet militem, quam cultus molis.
Vir bene veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus Creditur à mille, quamuis idiota ſit ille.
Videtur pulcrior mulier in ſimplici cultu.

Viros fortitudo, nō cultus molis decet.

Cura.

Attenuāt vigiles corp' miſerabile curæ.

A natura corrupta, & mala conſuetudine curæ oriuntur.

Cura intenta in vnum eſt validior.

Cura & diligentia omni in re plurimum valet.

Cura facit canos, quamuis homo non habet annos.

Curas tolle graues, ſomnum fuge meridianum.

Eſt omnium fortiſſimus, qui curas doloreſque ſimulare nouit.

Humana cōditio eſt ſatis per ſe miſera.

Læduntur varijs prudentum pectora curis, Qui cælis effectant ſcire deûq; vices.

Lenteſcunt tempore curæ.

Mens curis occupata ad ſuperna non attollitur.

Nec dicti, nec facti crucient tua pectora curæ.

Non venit ad duros pallida cura toros.

Nihil eſt, quod non expugnat pertinax opera, & intenta ac diligens cura.

Quanto quis altior erigitur, tanto grauioribus curis oneratur.

Curioſitas.

Audi quæ ad te pertinent.

Curioſitas eſt ſuperflua inueſtigatio rerum ad ſe non pertinentium.

Curioſitas ferè cauſa eſt omnium, quæ à nobis cognoſcuntur.

Nil curioſitate in orbe amentius.

Opprimitur à gloria maieſtatis ſcrutator.

Omni fide caret homo curioſus.

Propter ſolam curioſitatem naturæ ſecreta inquiruntur.

Quidquid ad te non attinet noli inquirere.

Tua quod nihil refert, percunctari deſinas.

Cuſtodia.

Cuſtodes vrbium vide vt ſint fideles.

Carcer vindex nefariorum eſt.

Dum nimium ſeruat cuſtos iunionius Io Ante ſuos annos occidit, illa Dea eſt.

Non minus eſt virtus, quàm quærere parta tueri.

Pecunia maiori tormento cuſtoditur, quàm quæritur.

Qui cuſtodiæ preeſt debet eſſe cuſtodię vigilantiſſimus.

Damnatio.

DAmnantur quæ alieno tempore fiunt.

Damnaueris nullum, cauſa non cognita.

Damnati non ſolum foris ſentiunt tormenta, ſed etiam intus cruciantur.

Damnationi æternæ nullum malum poteſt comperari.

Damnum.

Damnum dediſſe videtur, qui cauſam damni dedit.

Damnum aliquando vtilitatem parit, nam prudentiores reddit.

Damna parua nonnunquam magni lucri ſunt cauſa.

Eruditiores efficimur damno accepto.

Ex damno alterius, eſt alterius vtilitas.

Fimus cautiores iactura aliqua accepta.

Melius eſt partem amittere, quàm totum dimittere.

Melius eſt præſentia, damna cõtemnere, quàm perpetua commoda amittere.

Moleſta eſt ægritudo permanens.

Non parum lucrum facit, qui damnum fugit.

Por-

Parta ammittere maius dedecus eſt, quàm nihil parauiſſe.

Qui alijs inferũt damna, eadem ab alijs expectent.

Ridiculè hæc homines nequeunt, quæ vendere donant.

Sero ſibi ſapiunt Phryges.

Turdus ipſe ſibi malum cacat.

Debilitas.

Debile ſub vaſto ſed languet pondere corpus.

Imbeciliores æquum & iuſtũ quærunt.

Heu in cunta manes vndique debilitas.

Nimia corporis debilitas animæ vires frangit.

Viribus corporis deficientibus, vigoreſcit mens.

Debitor.

Amico ſi das pecunias mutuas, vtrumque perdes.

Leue æs alienum debitorem, grauem facit inimicum.

Mutuum eſt dandum, ſed cui des videndum.

Non eſt reprehendendus debitor non vitioſus.

Qui debet, limen creditoris non amat.

De-

Deceptor.

Dignus eſt decipi, qui decipiendo cogitat.

Fallere qui didicit, fallere ſemper amat.

Qui cauet ne decipiatur, vix cauet, cum etiam cauet, etiam cum cauiſſe ratus eſt, ſæpe is cautor captus eſt.

Delectatio.

Alijs alius delectatur operibus.

Delectat ſingulus, id, quod ſuæ naturæ ſit aptum.

Delectatio perficit operationem.

Delectatio parit tolerantiam laborum.

Hic iſtis, ille illis gaudet.

In nimia annorum diuerſitate non eſt delectatio.

Multa delectabilia conſuetudine fiunt.

Quod breuius eſt ſemper eſt delectabilius.

Qui faciunt opus delectabile, videtur tempus breues.

Trahit ſua quemque voluptas.

Vnicuique eſt delectabile, quod amat.

Delicatus.

Delicatus eſt inter fœminas enumerandus.

Eſt delicatis morte carcer durius.

Miles delicatus non ſuffert incommoda.

da martis.

Nec edunt, nec bibunt ſine ambitione delicati.

Vult delicatus bene manducare, parum laborare.

Venereis in rebus tantùm delicati ſunt apti.

Delitiæ.

Deliciæ rumpunt animum precepſque libido.

Luxus & delitiæ diſcentiones pariunt.

Puer delitijs deditus eſt ſeruus & viuus mortuus.

Sunt nobiles plus delitijs, quàm virtutibus dediti.

Valetudinis firmamētum luxus, & delitiæ ſubruunt.

Deſiderium.

Affectus ſine rōne motos eſt beſtialis.

Animæ cupienti, nihil ſatis feſtinatur.

Camellus deſiderās cornua, aures perdidit.

Caro defficit, & deſiderium alitur, & augetur.

Certa ammittimus, dum incerta petimus.

Cuncta deſideria delectatione creſcunt.

Cu-

Cupiditates ſunt animi morbi.
Cupido diuitiarum vadit ad infinitum.
Cupido dominandi cunctis affectibus flagratur.
Etiam celeritas in deſiderio mora eſt.
Fugenda petimus, petenda fugimus placent, quæ officiunt conferunt, quæ diſplicent.
Materia appetit formam, ſicut fœmina marem.
Nulla eſt opum cupido, vbi nulla eſt pecunia.
Nihil appetit quod in ſe habet, nec quod ſibi contentus eſt.
Neſcit pietatis iura regnandi cupiditas.
Quod ardenter cupimus, moderatè diſſimulare non poſſimus.
Quiſque aduigilat ad id quod expetit.
Quò nimis miſeri cupiunt, hoc facilè credunt.
Quæ fieri non poſſunt, caue ne concupiſcas.
Quanto minus rerum, tanto minus cupiditatum.
Radix omnium malorũ eſt cupiditas.
Stultus eſt qui cupidus cupida, cupienter cupit.
Sũt ira & cupiditas cõſultores peſſimi.

Si

Si adipiſcaris quod cupis iucundum, ſi non moleſtum.
Vehemens cuiuſque rei appetitio formidinem parit.
Vna cum ætate adoleſcit cupiditas aliquod agendi.

Deſperatio.

Deſperatio eſt ægritudo ſine vlla rerũ expectatione meliorum.
Deſperatio inſtaurat vires.
Deſperatio eſt inferni deſcenſus.
Deſperatio ignauia nuncupari poteſt.
Deſperatio inter inimicos inuenit viã.
Deſperatio homicidia eſt animæ.
Deſperationis radix eſt ignauia.
Facere ſolent extrema ſecuros mala.
Nihil homini eſt ĩdignus deſperatione.
Noli deſperare rebus tuis.
Qui minimè diſperat putatur fortior.
Vna ſalus victis nullam ſperare ſaluté.

Detractio.

Detractio eſt locutio ex inuidia procedens, bona aliena denigrans.
Eſt mulieris conſuetudo ſemper detractare.
Eſt hominum vilium aliјs detrahere.
Nihil eſt tutum aduerſus detractorem.
Probatur detractione noſtra patientia.

Vir-

Virtutis quædam particula eſt non maledicere.

Vipera eſt lingua detractoria.

Videtur ſophiſticum ex alienis erratis ſibi gloriam comparari.

Vxoribus de alienis nihil eſt dicẽdum.

Zoilus omnibus maledicit.

Deuotio.

Deuotio eſt feruor bonæ voluntatis.

Deuotus quiſque ſemper orare debet.

Homo deuotus terrena contemnit, vt cæleſtia poſſideat.

Medetur animæ, & dolorem lenit deuotio.

Simplici deuotione ſcanditur ad cęlum.

Viſione Dei fruitur homo deuotus.

Deus.

Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis.

Commoda quibus vtimur, lucem qua fruimur. Spiritum quem ducimus, à Deo nobis dari atque impertiri videmus.

Deus boni cauſa eſt & non mali.

Deus iuſtas preces tantum exaudit.

Deus impiorũ precib. irritatur magis.

Dei enim proprium eſt vbiq; eſſe, quia cum ſit vniuerſale agens, eius virtus attingit omnia entia.

Deus eſt quodcunque eſt.

Deus in vniuerſo eſt,& viciſſim cancta in illo.

Deus permittit aliqua mala fieri, vt multa bona eueniant.

Deus dedit, Deus abſtulit, ſi bona accipimus de manu Domini, mala quare non ſuſtineamus?

Deus prope eſt inuocantibus ſe.

Deus tarditatem ſuplicij grauitate cōpenſat.

Deus & natura integro, perfectoque intellectu intelligi non poſſunt.

Deus tuetur hominem propter clementiam ſuam.

Deus cum ſit natura ſimplex, ſimplici ſemper voluptate gaudet.

De numine ne male loquaris.

Dijs, præceptoribus, ac parentibus nunquam redditur æquiualens.

Dij leuāt pęnas ereptáque lumina reddunt, Cum benè peccati pęnituiſſe vident.

Dei formam quęrere imbecillitatis humanę eſt.

Deus ab æterno futura præuidet, ac decernit.

Deus nō placatur munerib. ſed affectu.

Deus initio & fine caret.

Deus ipſe ęternitas eſt.

Deus cũ reprobos punit, ſanctos erudit.

Deus non eſt velox ad penam.

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo.

Facta infecta nõ poteſt reddere Deus.

Flectitur iratus voce rogante Deus.

Homo tantum præſentia reſpicit, Deus futura & æterna cognoſcit.

Homo vidit quę foris ſunt, Deus autem intuetur cor.

Impunitũm nil Deus permittit nocẽtib.

Ipſe Deus læto ſpectat mortalia vultu.

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

Magna dij curant, parua negligunt.

Non poteſt Deo ſeruire, & mamonæ.

Non vacat exiguis rebus adeſſe Iouis.

Nemo poteſt diligere, Deum in peccato exiſtens.

Non vni dat cuncta Deus.

Nec imperiti Deus officium reſpuit.

Nil peccare, & cuncta rectè facere Deorum eſt.

Non fas eſt nobis ſuperis contendere.

Nunquam hominem deſeritur Deus, niſi ab homine deſeratur.

Offendere Deum quàm hominem magis metuimus.
Ob delictum Deus pęnas expetit.
Præſtat milies mori, quàm Deum vel leuiſſimè offendere.
Quem vult Deus perire, mente orbat.
Quod dat Deus bonum, malumue, ęqui bonique conſule.
Quorſum opus amicis, ſi faueat Deus?
Re namque ſola ipſe priuatur Deus: Vt facta minime infecta poſſit reddere.
Sępe Deus non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad ſalutem.
Vires hominum nullæ ſunt apud Deũ.
Vigilando, agẽdo, operando, quod poſſis, paratur è cęlo fauor.
Verba Dei ſunt meditatio chriſtiani.
Vltor ſcelerum eſt ipſe Deus.
Vbique eſt, & omnia reſpicit Deus.

Diabolus.

Diabolus ſolicitare & latrare omnino poteſt, mordere minimè poteſt.
Diabolus vincit niſi volentem.
Diabolus humilitate noſtra vincitur.
Diabolus non tentat, quos poſſidet.
Diabolus plures varijs luſionib. decipit.
Diabolus apud diuitem parum laborat.

De-

Demones voluntatem, non poteſtatem nocendi habent.

Dictum.

Conturbat audientem, quod frequenter dicitur.
Dictum vnius dictum nullius.
Nullum eſt iam dictum; quod non dictum ſit prius.
Pronunciatio eſt etiam exercitatio.
Quod ſemel eſt dictum amplius reſumi non poteſt.
Quæ ſis dicturus aut facturus repende prius.
Quod bene non dicitur, repetere non nocet.
Vnum ſapienti verbum dictum ſufficit.

Difficultas.

Durum eſt cōtra ſtimulum calcitrare.
Difficile eſt omne opus antequā tētes.
Nihil tam difficile, quod quærendo, inueſtigando acquiri non queat.
Nihil eſt tam facilè quin difficilis ſit, cū inuitus facias.
Non facile eſt taurum viſa retinere iuuenca. Fortis equus viſæ ſemper adinit equæ.
Quod, vt optimum, ita longè defficilimum.

Quo eſt difficilius, hoc eſt præclarius.
Reticere arcana difficilè eſt.
Rectè otium diſpenſare, iniurias tolerare: Difficile eſt.
Rebus maximis ipſa natura difficultatem propoſuit.
Se ipſum cogeoſcere difficilimum eſt.
Tentanda non ſunt, quæ effici non poſſunt.

Dignitas.

Dignitas virtutis eſt premium.
Dignitatem plerique ambiunt, pauci laborem.
Dignum eſt patella operculum.
Denominatio fit ab affine & digniore.
Dignitas eſt bene facti, & operationis ſignum.
Loco ignominiæ eſt apud indignum dignitas.
Non loca viros, ſed viri loca efficiunt digna.
Omnes æquo animo parent, digni vbi imperant.
Potior eſt bonis dignitas ſine vita, quã vita ſine dignitate.
Recuſare honores, & dignitates ambitionis eſt.

Di-

Diligentia.

Cura & diligentia omni in re plurimum valet.

Diligentia & parſimonia eſt magnum vectigal.

Diligentia comparat diuitias, negligētia corrumpit animum.

Diligentia reſtituit, quæ negligentia abſtulit.

Difficilima vincit diligentia.

In communibus minima, in proprijs maxima adhibetur diligentia.

Minus valet doctrina, niſi īduſtria, ſtudio, labore, diligentia, comprobetur.

Maximæ res magis frequentatione & diligentia, quàm viribus conficiuntur.

Non eſt hominis, vt ſemper exactam adhibeat diligentiam.

Nimia diligentia ſuſpicionem facit.

Quo quiſq; eſt ſolercior, & diligentior, hoc docet iracundius, & laborioſus.

Diſciplina.

Diſciplina eſt quæ in ſola ſpeculatione conſiſtit.

Diſciplina mores facit bonos.

Diſciplina acquirit gloriam, inſcitia cōparat infamiam.

Diſciplina à diſcendo dicta eſt.
Educatio & diſciplina mores facit.
Plures fortes facit diſciplina, natura quam creat.
Tarda nunquã fuit diſciplina volẽtibus.
Viaticum eſt optimum diſciplina ad ſenectutem.

Diſcipulus.

Ad diſcendum duo ſunt neceſſaria, auctoritas, & ratio.
Accenditur tyro emulationibus.
Dantem litteris operam decet ſuſcipere laborem.
Diſcunt facilimè, qui libenter audiunt.
Docilis eſt, qui attentè vult audire.
Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.
Diſcipuli ſunt præceptorum filij ſpirituales.
Diſciplina nulla eſt, in qua non peccando diſcitur.
Errando, & ſtudendo diſcit diſcipulus.
Friget litterarum ſtudium ſine ſocio.
Mores primùm, mox ſapientiam diſce.
Maior impreſſio fit in auditorum mẽtibus ex doctoris viſu & auditu, quã ex ſtudio & libro.
Non ſolantur diſcentes, nam cum labore eſt diſciplina.

Natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ à rudibus annis percipimus.
Quod tu nō nouis fortaſſis nouit aſellus.
Qui non vapulabit non erudietur.
Quotuſque diſcipulorum diligit præceptorem?
Quod in iuuentute non diſcitur, matura ætate neſcitur.
Qui alios docet ſe ipſum docet.
Quod à magiſtri non poteſt, à lignis & ſaxis diſcet.
Sapientior fies omnibus, ſi ab omnibus diſcere volueris.
Vis diſcere magiſtrum metue, & optempera.
Vt patrem præceptorem cole.

Diſcordia.

Diſcordia etiā fortes reddit imbecilles.
Diſcordia ciuiū eſt bona hoſtis occaſio.
Diſcordia duas ex vna ciuitate facit.
Diſentientes facilè ſuperantur.
Inter hoſtes ſerere diſcordias ſapientis eſt ducis.
Melius eſt migrare cum gratia, quam habitare cum diſcordia.
Simul eſſe neſcit diſcordia ac beatitas.
Seditio à ſeorſum ſedendo dicta eſt.
Vbique pro inequali fit ſeditio.

Diſcretio.

Diſcretio eſt moderatrix rerum humanarum.
Diſcretio in afflictione carnis ſeruãda.
Diſcretio ſola perturbatis cõgitationibus non ſuccumbit.
Tolle diſcretionem,& virtus vitiũ erit.
Vbi non eſt diſcretio virga eſt adhibenda.
Vbi eſt diſcretio, ibi eſt nobilitas.

Diſsimulatio.

Diſſimulatoris cęteris ſunt deteriores.
Fronte atque vultu ſimulatio facilè ſuſtinetur.
Fingere qui neſcit, viuere neſcit homo.
Inuitat vt iterum peccet, qui diſſimulat peccatum.
Illam oſculamur, qua oppreſſi ſumus manum.
Qui neſcit diſſimulare, neſcit ĩperare.
Sic facito, vt lingua cunctis videaris amicus.
Simplicitas excludit diſſimulationem.
Si à nemine conſpicitur diſſimulator affligitur.

Diues.

Cum moritur diues concurrunt vndiq; ciues.

Cum

Cùm moritur pauper vix vnus adeſſe videtur.
Diues in altum, pauper iuxta littus nauigat.
Diuiti inuidetur, pauper contemnitur.
Diues repentè eſt animal indomabile.
Diuitias diues, animam pauper habet.
Diuites contumelioſi ſuperbi, delicati, arrogantes ſunt, deprauantur enim amplitudine patrimonij.
Diues eſt timens Deum.
Diuites, & nimis potẽtes nolunt ſubijci.
Diues potius aurũ, quam cœlũ ſuſpicit.
Diues eſt qui ſanus & ſuis contẽtus eſt.
Diues non eſt qui habet opes, ſed qui non habet cupiditates.
Diues rarò ſapiens.
Diuitiæ, oblata ſuperbia minimè nocẽt.
Diuitiæ nerui omnium ſunt rerum.
Diuites alijs nihilo ſunt meliores, peccant tamen licentiùs.
Diuitias quiuis, quamuis indignus habere poteſt.
Diuitiarum, & formæ gloria fluxa & fragilis eſt.
Diuitiarum poſſeſſio fortunæ dominationis ſubiecta.
Diuitiæ ſunt vitiorum miniſtræ.

Diuitiæ multis mortem & ruinam attulerunt.

Diuitiæ labore parantur, prodigalitate pereunt.

Diuitiæ faſtum, & ſuperbiam pariunt.

De diuitijs male acquiſitis, non gaudet tertius hæres.

Diuitiæ magnæ paruo labore, exiguæ magno parantur.

Diuitiæ imperitiam temeritati coniunctam habent.

Diuitiæ mediocres inſidias, & inopiam fugant.

Expetuntur diuitiæ, tum ad vſum vitæ neceſſarium, tum ad perfruendas voluptates.

Facilius camellus per foramen acus tranſit, quàm diues in cęlum.

Facilius eſt apta diſſoluere, quam diſſipata colligere.

Fragilia & caduca ſunt, quæ vires atque opes humanę vocantur.

Gens diuitũ plerunque prorſus decipit.

Ingentes opes non pariuntur ſine fraude.

Malè ac citò parta, peſſimè ac citiſſimè dilabuntur.

Maximo quiſq; animo diuitias deſpicit.

Maxi-

Maximæ diuitiæ ſunt non deſiderare diuitias.

Nihil prodeſt acquirere, niſi adepta cuſtodias.

Ne temerè profundas diuitias tuas.

Nihil eſt tam anguſti animi, tamq; praui, quàm auere diuitias.

Non minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri.

Opes humanæ ſunt ſarcinæ mentis.

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo, Et ſubito caſu quæ valuere ruũt.

Opes eruditionis ſunt viaticum.

Opes plus homini dant, quàm paupeties mali.

Opes malis vſque affluunt, rarò bonis.

Opes omnium ſcelerum nutriculæ.

Opibus mali faciliùs, quã boni affluũt.

Quæ cum amore poſſidentur, cum dolore ammittuntur.

Romæ imperium ingens ſolæ corrupere opes.

Sine ſapientia diuitiæ, & equus ſine freno retineri non poſſunt.

Subſtantiæ inter fratres ſeminant diſcordias.

Seruiant diuitiæ tempori, & non tempus diuitijs.

Seruiunt opes apud ſapiẽtes, apud ſtultos imperant.

Vbi molliter viuitur, ibi magno diuitiæ habentur in pretio.

Vtendum eſt diuitijs non abutendum.

Vere diuitiæ minimè perdi poſſunt, cũ ſint virtutes.

Vt calceus pede maior ineptus eſt ad vſum, ita diuitiæ copioſiores.

Vis animo eſſe beatus, deſpice diuitias.

Doctrina.

Doctrina bello, doctrina pace vtilis.

Doctrina naturaliter procedit de homine in hominem, ſecundum operationes, quas habet doctor ad diſcipulum.

Frequenter de malo homine bona doctrina procedit.

In doctrina aliquid breue ac certum decet colligere, vt facilius memoriæ mandentur.

Non minus eſt animum diſcere ſciẽtia, quam corpori prebere alimentum.

Parum valet doctrina abſque vitę integritate.

Parum valet doctrina, niſi ſtudio, labore, diligentia comprobetur.

Qui

Qui cauſas de ſingulis docent, ſolum docent.
So cordia naturales vires pereunt, at doctrina ignauiam fugat.

Doctus.

Confidit imperitus, doctus pertimet.
Doctis ſunt apertæ regum ianuæ.
Docti doctorum familiaritate gaudẽt.
Doctor bonam eligat vitam, bonam nõ negligat famam.
Doctor nec habeat vitia, nec ferat.
Doctiorem quam eſt ſe quiſque credit.
Natura ad virtutem dociles gignit, doctos non gignit.
Quo quiſque eſt doctior, hoc eſt officioſior.

Dolor.

Dolor fere oĩs affluit per lachrymas.
Dolor & res aduerſæ in nobis fortitudinem gignunt.
Dolor immodicus demergit animum.
Dolor in longinquitate breuis, in breuitate grauis eſſe ſolet.
Dolor vehemens non durat diu.
Dolor timentes vincit, à fortibus vincitur.
Dolor ſola patientia vincitur.
Dolor corporis, ineda, animi affectus mor-

morbis, ac immodicis euacuationibus naturalem deſtruũt facultatem.

Flagrantior æquo non debet dolor eſſe viri.

Leuis dolor tardè finem inuenit.

Non debemus cauſas doloris augere.

Non dolor nos vexat, ſed doloris ſtulta opinio.

Non dolere ſtipis eſt, non hominis.

Res eſt dura dolor, immo tu es mollis.

Tempus dolorem lenit.

Vbi quis dolet, ibidem & manus habet.

Domus.

Domus debet regi à ſenioribus.

Domus mulier ſalus & calamitas.

Domus amica domus optima.

Exiturus domo quid agendum, vbi redieris, quid feceris cogitato.

In domo rectè inſtructa omnes in officio ſunt.

Prandet quiſque apud ſe melius, quàm in palatio.

Pulſa prius, quã alterius intres domũ.

Rex & imperator quilibet dici poteſt in domo ſua.

Vnius poteſtas ſit in re domeſtica.

Vbi nihil ſuperfluum & abundans eſt optima domus.

De-

Donum.

Bis dat, cum oportet, qui citò dat.

Dandum eſt quod nec tibi, nec alteri noceat.

Donum eſt datio non redibilis.

De quo bene merearis vide, multi enim ſunt, qui accepto beneficio, in autorẽ abuſi ſunt perniciem.

Extra fortunam eſt quodcunque donatur amicis,

Quas dederis ſolas ſemper habebis opes.

Hoſtium dona non ſunt dona.

Munera credere mihi, placãt homines deoſque.

Placatur donis Iuppiter ipſe datis.

Qua dedit gratia Deus non abutenda.

Qui donat bis gaudet.

Quod alteri donas amplius non eſt tuũ.

Quod ſemel eſt datum repetere non oportet.

Qui homini nequeam dat, humanitati dat.

Sæpe damus, quod negare nõ valemus.

Sæpe Iouem vidi cum ſumma mittere vellet,

Fulmina thure dato, ſuſtinuiſſe manum.

Supra hominem eſt ſpõte vitare dona.

Dos.

Dos non facit fauſtum coniugium, ſed virtus.

Dos vxoria ſunt lites.

Indotata puella in poteſtate eſt viri.

Plerique nõ virtutem, ſed numeroſam dotem quærunt.

Satis dotata mulier bene morata.

Seruus eſt vir vxori perdotatæ.

Vxor diues ſuperflua impenſa domum deſtruit.

Dubium.

Ad dubium & incertum nemo vult laborare.

In dubijs vereſimiliora ſequenda ſunt.

In dubijs autores citandi ſunt.

Suſpenſam tene ſententiam, rebus in dubijs.

Solutio dubitationis eſt inuentio veritatis.

Semper eſt in dubijs diſtinguendum.

Si tibi ſit dubium, confeſtim diſcute quid ſit.

Sunt minima ſequenda in dubijs.

Sunt tormenta mortalibus dubia.

Dux.

Amiſſo dubiæ rege vagantur apes.

Cau-

Cautus imperator debet præponi audaci.

Delicta magis prohibeat dux, quàm vindicet.

Duces in prælio diſcordes partiæ proditores oppellandi.

Ducis in conſilio poſita eſt virtus militum.

Ducis præſentia militum creſcit audatiam.

Dux caueat, ne nimia ciuium iactura victoria paretur.

Dux illico reus fit, re male geſta.

Dux milites ſeueritate regat.

Dux non tantum in fronte, ſed in, tergo reſpicere debet.

Ex plebe duces non ſun creādi, nam eſt inconſtans & ſuperbit.

Felicia beneuolentiam, aduerſa odium duci gignunt.

Fortuna ne ducem regat, ſed ratio.

Fortunatus dux vicit, antequam hoſtem conſpiciat.

Hæ ſunt virtutes imperatoriæ, labor in negotijs. Fortitudo in periculis. Induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo.

In-

Inter hoſtps ſerere diſcordias ſapientis eſt ducis.

In perſequendo hoſtes ordines dux etiam ſeruet.

Ira & vini amor, imperatoris virtutibus eſt pernitioſa.

Lex ducis eſt parcere ſubiectos, & debellaſe ſuperbos.

Maximo duci ne credas maximã prouinciam.

Non multitudinẽ ducat imperator, ſed ſtrenuos & exercitatos milites.

Non ſine vſu, & experientia militaris paratur diſciplina.

Nõ minus eſt imperatori ſuperare hoſtem conſilio, quam gladio.

Periti imperatoris eſt non minus fugiendi, quàm pugnãdi tempus ſcire.

Peritus bellator & pugnãdi nouit tempus, & cedendi.

Prudentia & ſolertia ducis non minus valet, quàm vires, in prelijs.

Quandoque terribilem, quandoque ſe facilem dux præbeat.

Turba militum niſi adſit dux cordatus & prudens nulli vſui eſt.

Turpe ducis reſponſum: haudquaquam putaram.

Tota

Tota belli fortuna à virtute, prudẽtiaq; ducis pedendet.

Vultus ducis victoriæ eſt augur optimus.

Ebrietas.

Abſcentem lædit, cum ebrio, qui litigat.

Ægrè teges inſcitiam inter pocula.

Ebrietas fomes libidinis, & omnia vitiorum fons.

Ebrietas audaciam ſtrepitum furorem inducit.

Ebrietas homines impetuoſos facit.

Ebrietas deſtruit memoriam, & mala ſomnia gignit.

Fæminæ minus in vino, quàm viri capiantur.

Homo ebrius ſomno ſanari ſolet.

Nullum ſecretũ eſt vbi regnat ebrietas.

Primum ebrietatis malum eſt pudicitię periculum.

Virtuti claudit, vitio ianuam aperit, ebrietas.

Voluntaria inſania ebrietas eſt.

Educatio.

Bona educatio verecundiam affert.

Colubrum in ſinu alit, qui malum educat.

Educatio & diſciplina mores faciunt.

Edu-

Educatio malam naturam vertitit in bonam.

Effeminat mollis pueros educatio.

Femina educatus ferè euadit peſſimus.

Mollis educatio mẽtis & corporis neruos frangit.

Malè educatus rarò tranſit ad bonum.

Nullæ rei maior cura habenda, quàm filiorum educationis.

Natura eſt altera bona educatio.

Egeſtas.

Egeſtas ſeditionem, & delicta parit.

Frumenti egeſtas pretium glandibus facit.

Improbis & duris vrget in reb. egeſtas.

Non conducit verecundia vẽtri egeno.

Potius virum indigeat pecunia, quàm pecunia indigeat viro.

Subſidium eſt philoſophiæ nuda egeſtas.

Virtutis eficax gymnaſium egeſtas eſt.

Vnum egeſtatis præſidium eſt, ſiquidẽ manus habere.

Electio.

Difficilis eſt rerùm bonarum electio.

Diuturna fluxis ſunt præferenda bona.

Flore non ex quouis mel colligit apes.

In

In minimis malis melius eligendum.
Ipſis è ſentibus ſunt colligendæ roſæ.
Minus malum ex duobus eſt eligendũ.
Spinis relictis, floridas collige roſas.
Virtus potius eligenda, quam nobilitas.

Eleemoſyna.

Eleemoſynam à rapinis non ſuſcipit Deus.
Eleemoſyna tergit maculas peccatorũ.
Eleemoſyna ex malitia nihil prodeſt.
Eleemoſyna triſtis meritum perdit.
Eleemoſyna ſuperbi diuitis eum redimere non valet.
Ignem extinguit aqua, & eleemoſyna peccata.
Pauperes, qui nutrit cibat Chriſtum.
Si potes da eleemoſynam, ſi nõ, te redde affabilem.
Tribuere cum faſtu eleemoſynam, eſt perdere.

Eloquentia.

Eloquentia principibus magno ornamento eſt.
Eloquentiam non natura, ſed diſciplina parit.
Eloquentia eſt idoneorum verborum & ſentẽtiarum ad pronuntiationem accõmodatio: cõtinens vocis, vultus, ge-

geſtus moderatione cum venuſtate.
Eloquentia eſt fortitudine preſtantior.
Eſt vniuerſi vinculum eloquentia.
Eloquentiæ preceptis loquuntur etiam, qui nunquam didicerunt.
Eloquentia in prauo eſt venenum in poculo aureo.
Et iudicem corrumpit eloquentia.
Magnæ eloquentiæ vis etiam potentiſſimos reges expugnat.
Nihil eſt tam in humana, quàm eloquntia prata.
Pericula ſæpe, ſæpe proximam necem repellit eloquentia.
Rara in tenui ſæpe facundia panno.
Quantum in bello ferrum, tantum in republica prodeſt eloquentia.
Totius eſt vitæ rectrix eloquentia.
Vtilius homini nihil eſt, quam rectè loqui.
Vix abſque eloquentia nullam paraueris potentiam.
Vt hominis decus eſt ingenium, ſic ingenij lumen eſt eloquentia.
Vſus magiſter eloquentiæ eſt optimus.
Vt quiſque optimè dicit, ita maximè dicendi facultatem timet.

Emendatio.

Ex vitio alterius ſapiẽs emendat ſuum.
Nulla ſera eſt ętas ad emendationem.
Principium ſalutis eſt malorum emendatio.
Qui emendat aliena vitia eſt Deo gratiſſimus.

Emptio.

Carò emitur, quod precib. impetratur.
Malo emere, quam rogare.
Spem pretio non emo.
Videndum eſt vicies, quod emitur.
Vana eſt pænitentia poſt emptionem.
Vltranea merx in emptione vileſcit.

Error.

Diſciplina nulla eſt in qua non peccando diſcitur.
Error alienus, quàm proprius melius cernitur.
Error eſt immedicabilis, cum tranſit conſuetum.
Errores etiã fortiſſimi viri non cauent.
In eundem laqueum nunquam auis incidit.
Iterum ad eundem lapidem pedem offendere turpe eſt.
Lapſus prioris ſubſequentem corigit.
Nemo tam peritus eſt ſagittarius, qui ali-

aliquando non erret.
Prioris eſt diſcipulus poſterior dies.
Præſtat redire, infauſtum iter quam perſequi.
Paruus error in principio in fine fit maximus.
Raris lapſibus danda eſt venia.
Quandoq; bonus dormitat Homerus.
Quo pauciora tractes, erres rarius.
Tyrannus potentiſſimus eſt error cõmunis.

Eruditio.

Eruditus oportet aliquid ex ſe promat, vt alios delectet, & ſeipſum laudibus illuſtret.
Homo non eſt cui deeſt eruditio.
Omnes benignos reddit eruditio.
Natorum diligens eruditio delicias parentibus porrigit.
Sicut ſanitas conſeruat corpus, ita eruditio conſeruat animum.
Sceleſtus euadit malè educatus.
Virtutis eſt alma mater eruditio.
Vt corpori panis, ita eſt menti eruditio.

Exceſſus.

Arcum intenſio nimia frangit, & animum remiſſio.

Dum

Dum nimiū ſeruat cuſtos iunonius Io,
Ante ſuos annos accidit illa Dea eſt.
Extremum gaudium luctus occupat..
Exceſſus circa voluptates imtemperā-
tia & vituperabile eſt.
Exceſſus omnis vitioſus, modus opti-
mus:
Eſt bonum moleſtum ſi eſt nimium.
Omne nimium cunctis in rebus eſt fu-
giendum.
Senſibilis exceſſus opprimit mentem.
Sanguinē educit, nimis hircos mulgēs.
Vitioſum eſt vbique, quod nimium eſt.

Excuſatio.

Excuſatio perfecta teſtimoniū eſt ſuæ
conſcientię.
Excuſatio non petita eſt accuſatio ma-
nifeſta.
Ingenia humana fecunda ad ſuā culpā
excuſandam.
Multitudo ſociorū nō excuſat crimina.
Nulla eſt peccati excuſatio, ſi amici
cauſa peccaueris.
Nemo de ignorantia excuſationē ha-
bet in publicis.

Exemplum.

Amat vnuſquiſque ſequi vitā parētum.
A boue maiore diſcit arara minor.

Exempla teſtimonium loca obtinent.
Exemplum de ſe præbeat bonum, cupiens ſe alios imitari.
Exempla magis, quàm verba docent.
Exemplis vtimur in dicendo, vt facilius intelligatur.
Nil docetur abſque exemplo, nilue recte diſcitur.
Non æmulandũ eſt exemplum niſi optimum.
Non oratio, ſed vita loquentis ſuadet.
Operatur facilius, qui patrẽ viderit facientem.
Similitudo & exẽpla maximè mouent.
Validiora ſunt exempla, quàm verba.

Exercitatio.

Corpus exercitijs applica, quæ ſanitatẽ ferunt.
Difficile eſt tenere, quæ acceperis ni exerceas.
Debilem naturam reddit fortem exercitatio.
Exercitatio conſumit cruditatem.
Exercitatio dicendi linguam acuit.
Exerce te ſpõtaneis, ut adacta perferas.
Exercitatio optimus eſt magiſter.
Exercitium & ad corpus, & ad animũ confert.

Exercitium non pariat laſcitudinem.
Exercitio creſcunt vires, otio langueſcunt.
Moderati labores corpora reddunt firmiora.
Non prodeſt ingenij felicitas ſine exercitio.
Procedat cibum moderatum exercitiũ.
Validiſſimus eſt miles exercitatus.
Vtẽdum eſt exercitationibus modicis.

Exercitus.

Exercitus nimis magnus non facile regitur: nec diu durare poteſt.
Exercitus diſcors ſine hoſte vincitur.
Exercitus ſui morem ſequitur ducis.
Exercitus patientem dux patiens facit.
Exercitus ſine duce eſt ſine capite corpus.
Exercitus nunquam vacet, aut hoſtibus nocens, aut ſibi prodens.
Exercitus labore proficit, otio conſeneſcit.
Parua manus ordinata, inordinatas profligit copias.
Videtur ab exercitatione exercitus dici.
Vincitur magis fame, quàm ferro exercitus.

Exilium.

Exilium graue nullum eſt, in quo ſtur cum virtutibus.

Exultantes ſuas ſecum tantum ferunt virtutes.

Exilium multis ducit, & proficit.

Exilium eſt ſceleratorum pęna.

Exilium non ſupplicium eſt,ſed refugiũ portuſque ſupplicij.

Exilium durum eſt, quibus conſcriptus eſt locus.

Quid auxiliũ eſt, quàm cõmutatio loci.

Suas ſecum virtutes & bona ferunt exules.

Tantum eſt exul,qui non eſt Homerus.

Vniuerſus eſt communis, ergo nemo exul.

Exiſtimatio.

Equis eſt,qui ſe meliorem alijs non exiſtimet?

Etiam capillus vnus habet vmbrã ſuã.

Laude ingenij nemo alteri cedit.

Nullus ſe ipſum parui pendet.

Plerunq; nihil eſt,qui magni ſe ęſtimat.

Pretioſiſſimis in rebus eſt magna tenenda exiſtimatio.

Stultus eſt, qui pluſquam decet ſe exiſtimat.

Experientia.

Ab experientia ſingularium accipimus vniuerſalia.

Aſſiduitas experiendi paulatim ſubtrahit admirationem.

Experientiã temporis affert longitudo.

Magis timemus cuncta ante experientiam.

Præſtantiſſima omnium rerum magiſtra eſt experientia.

Prius abſumitur modius ſalis, quàm cognoſcitur mortalis.

Per varios caſus vſus experientiam facit.

Rerum experientia multa oſtendit difficilia.

Facilitas.

Facilia etiam fugiunt negligentes.

Malum eſt facile, & bonum difficile.

Omnium rerum cupido lãgueſcit, cùm faciles occaſio eſt.

Omne quod facilè ſuperatur, contemnitur.

Quæ ſponte fiunt redduntur facilia.

Soluuntur faciliùs, quæ ligãtur faciliùs.

Felicitas.

De felicitate hominis vltimus dies iudicat.

Ex honorabilibus rebus naſcitur felicitas.
Ex ſui cognitione naſcitur felicitas.
Enneruare homines ſolet felicitas.
Eſt viri generoſi in felicitate non ſuperbire.
Felicitas contemplatio quædam eſt.
Felicitatem humanam oſtendit rogus.
Felix eſt, qui nihil debet neque cupit.
Felicitas inſolentiam parere ſolet.
Felicitas duplex eſt politica & contemplatiua.
Felicitas magna eſt à felicitate non vinci.
Multos merum, & felicitas obruit.
Nemo felix niſi ſapiens.
Nemo felix vel conſcientia, vel membris affectis.
Nemo apellandus beatus, niſi ad ſupremum diem peruenirit.
Nihil eſt ab omni parte beatum.
Nihil eſt miſerius, quàm fuiſſe felicem.
Nihil ſuperbius & in tolerabilius homine felicitatis opinione corrupto.
Nemo abſque iniuria felicitatem aſſequi poteſt.
O nulla longi temporis felicitas.
Perfecta felicitas eſt vſus virtutis.

Qui multos bonos gignit liberos eſt felix.
Sanitatem infirmus, pauper diuitias ponit eſſe felicitatem.
Solus ſapiens eſt felix, nam omnia poſſidet cum nihil cupiat.
Sunt infelices, quod vulgus beatos iudicat.
Si fortuna perit, nullus amicus erit.
Tépore felici multi numerantur amici.
Ventus contrarius ſeculi felicitas.
Virum probum non decet in felicitate mutare mores.

Fœnerator.

Fœnus etiam diuitibus eſt intolerabile.
Hominem interfecit, qui fœneratur.
Peior ciuis æſtimatur fœnerator, quàm fur.
Vſurarius ſuper omnes mercatores eſt maledictus.
Vſurarius lucrum pro Deo colit.
Vſurarius pro pecunia omne nefas cõmittit.

Fama.

Ad calamitatem quilibet rumor valet.
Facilè perit fama, difficilè reſſarcitur.
Fama extẽdere factis eſt virtutis opus.
Fama ex malo quærunt aliqui.

Fama malum quod non aliud velocius vllum

Mobilitate viget, vireſque acquirit eondo

Parua metu primo, mox ſeſe attolit in auras.

Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.

Fama loquax, quæ veris addere falſa,

Gaudet, & e minimo ſua per mendacia creſcit.

Honeſtus rumor alterum eſt patrimonium.

Honeſtus eſt fama, quàm pecunia diteſcere.

Inimici famam, non ita, vt nata eſt, ferunt.

Iactura facilè, fama contaminata nunquam renaſcitur.

Maior vero ſemper fama nuntiat.

Magnus labor eſt magnæ cuſtodia famę.

Quę fama ſępe oppreſſit, vix reſarcitur.

Rerum geſtarum fama poſt mortem viuere facit.

Rumor mora ſeneſcit, & creſcit veritas.

Fames.

Aſinus eſuriens fuſtem minimè negligit.

Cęnat

Cænat bene ambulando, quiſquis obſonat famem.
Diutiùs tolerare famem malis ac putridis humoribus vẽtriculum repletur.
Eſuries eſt appetitus calidi & ſicci.
Fames, & frigus miſerima mortis genera.
Fames eſt optimus coquus.
Fames ſeptimo die hominẽ extinguit.
Fames dulcia reddit faſtidium inſipida.
Fames & ſitis optimè condit omnia.
Ieiunus venter non audit verba libẽter.
Imanis fera eſt fames.
Ingenioſa fames oẽs excuderit artes.
Optimum condimentum fames, & potio optima ſitis.
Omnia vulgaria ſunt pretioſa eſuriẽti.
Stomaco eſuriẽti amara dulcia eſſe videntur.
Simul habitare nequierũt pudor & fames.
Terra cęleſtes arida ſorbit aquas.
Verbis inediam repellere haud poteſt.
Vincit ſine ferro fames hoſtem.

Familiaritas.

Familiaritas ingenuis eſt iucunda.
Ingenij tibi diſſimilis conſortia vita.
Nimia familiaritas parit contemptum.

Sapiens ſapiẽtum familiaritate gaudet.
Vitanda malorum fæda familiaritas.
Villius villici familiaritatem delectat.

Faſtidium.

Affert faſtidiũ & in leuibus prolixitas.
Ita plerique ingenij ſumus omnes, noſtri noſmet pænitet.
Solet copia ſemper prebere faſtidium.
Tollit faſtidium labor, & otium parit.

Fauor.

Malis artibus fauor popularis acquiritur.
Omnes ſecundat res hominum fauor.
Primus locus apud regem lubricus eſt.
Quo ſe fortuna vertit, eo ſe fauor hominum inclinat.
Vbi vis humana deficit, eſt fauor diuinus.
Vnus eſt fauor hominũ ratione diuina.

Ferocitas.

Adiuncta vaſtis viribus eſt ferocitas.
Etiam feroces ſub iugo Roma vidit.
Ferocitas ſedatur lenitate.
Feritas leonum inter ſe non dimicat.
Multis terribilis cauet multos.
Pace quos cernis feroces, cernes bello profugos.
Timidi non ferunt labores, ferocibus

non facile imperatur.

Vera ferocitas cum ratione eſt ſociata.

Fertilitas.

Ad maturitatem non perueniet nimia fęcunditas.

Abundantia, temporalium æternorum facit obliuionem.

Abundantia excedens mala eſt.

Fertilitas nimia ſæpe nocet.

Fertilis aſſiduo, ſi nõ renouetur, anatro.

Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.

Fęcunda minus, quæ maiora ſunt corpora.

Fertilitas terrarum à ſolis calore procedit.

Fertilitas eſt ſibi ipſi damnoſa.

Precocia ſemper maioris ſunt pretij.

Feſtinatio.

Canis feſtinans cæcos parit catulos.

Laudabilis non eſt vbique feſtinatio.

Nimium proſperanti quæuis mora eſt.

Properantes omnia peruerſe agunt.

Qui nimium feſtinant, rem edunt imperfectam.

Sed propera, nec te veturas difer in horas, Qui non eſt hodie cras minus aptus erit.

Sanè citò & bene habitant rarò ſimul.

Seruile eſſe duco per vrbem feſtinãter currere.

Fideiuſor.

Fideiuſſoris ne obliuiſcaris, dedit enim pro te facultatem ſuam.

Ingratitudo regnat, & fideiuſſor ſoluit.

Inire vadimonium eſt humanum, ſed cum cautione.

Non ſolum vadatur verus amicus, ſed etiam donat.

Suſpectu ingratitudinis multi non vadantur.

Vadimonium eſt præbendum, ſed cui præbendum videto.

Fides.

Aduerſis in rebus rarior eſt fides.

Fides non eſt ſeruanda, qui prior fidem fregit.

Fides ſine operibus mortua eſt.

Fides ſupremum vinculum mortalibus.

Fides quidem eſt habenda, ſed non omnibus.

Fides & amor metu, & neceſſitate mutantur.

Fides ſola abſque baptiſmo in neceſſitatibus ſufficit.

Fœdi fragus & hominib. & dij inuiſus.
Fidem cum ſorte mutant barbari.
Fides Religionis catholicæ eſt animæ lumen.
Fides eſt ſimplicitas mentis, & deuotio animæ ad Dominum.
Fides vera nunquam turbatur.
Fideles miracula non quęrunt.
In malis promiſſis fidem non expedit obſeruari.
Locus ſine portu non eſt tutus, ſic animus ſine fide.
Nō adeo debet pelago ſe credere, ſi quę Audet in exiguo ludere cymba lacu.
Nen procul e ſtabulis audet diſcendere, ſi quæ Exçuſſa eſt auidi dentibus agna lupi.
Ne fidas ei quem læſiſti.
Ne credas ei quem ſemel infidum cognouiſti.
Nemini fidas, niſi modicum ſalis aſsū pſeris.
Non intrat nunquam regium limen fides.
Non bene ripæ creditur.
Nuſquam tuta fides.
Nihil aliud eſt fides, quā credere quod non vides.

Non oportet inimicis nec de credibilibus, fidem habere; amicis autem incredibile credere.

Non eſt habenda fides, cui ſuorum proditur fuit.

Non eſt facile credendum, quod fieri difficile videtur.

Non omnibus credas, multi enim ſunt qui ſibi non tibi conſulunt.

Oculis magis habenda fides, quàm auribus.

Probis viris, & iniuriatis habẽda fides.

Pretio parata vrneitur pretio fides.

Prudentiæ eſt infido difidere.

Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo, Omnibus vna cibis ære ſubeſſe putat.

Qui ſæpe iurat propriam deſtruit fidẽ.

Suſpecta ſemper pauperis viri fides.

Silicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum,

Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Sine fide nihil ſtabile nihil firmum.

Tua omnia, vni naui nunquam credito.

Tarda ſolet magnis in reb. ineſſe fides.

Veſtimentum in hyeme perdit, qui infideli credit.

Fi-

Filius.

Amare nimium, odio eſt habere filios.
Domus columnas extimato maſculos.
Erudi filium, & fructum conſolationis colliges.
Emendandi ſunt filij, non tam duriter tractando, verbis moliter ſuadendo.
Filiorum numerus liberalitatē minuit.
Filij mares ſunt familiæ columnæ.
Filij parentibus ſimiles, ſunt cariores.
Filios beneuolentia patris meliores efficit.
Gnatus eſt parēti carior, quam ipſe ſibi.
Liberos erudi, caſtiga & inſtrue.
Liberi pro paternis ſceleribus pænas luunt.
Liberi parentibus ſunt vita.
Liberi frequenter offuſcant parentum gloriam.
Natus vnicus parēti vita ipſa iucūdior.
Nec catulus quidem ſeruandus eſt ex gerere peſſimo.
Non poteſt ſeges bona malorum eſſe ſeminum.
Non eſt filius, quem nunquam virga verberat.
Natis magis ſcientiam, quàm opes relinque.

Non

Non habendi ſunt pro liberis degenerantes.

Operatur filius, quæ vidit patrem facientem.

Patrem ſequitur ſua proles.

Proles inſtar eſt vitæ mortalibus.

Per pauci filij aſſimiliantur patri.

Pudore & liberalitate liberos retinere melius eſt, quam metu & virgis.

Proles fere parentibus naſcitur ſimilis.

Pugnat omne animal pro catulis ſuis.

Perfidus Deo, hominibus inimicus, qui parentes negligit.

Petulans filius patris pręcepta contemnit.

Parentes in filios ſe regenerant.

Qui cum oportet non verberat filium, odit.

Qui amore afficit filium flagellet & erudiat.

Viuente nato, viuus creditur pater.

Vix filius notus eſt pateri.

Vis diuites natos relinquere? fac bonos.

Vis patrem amare? ipſius filium ama.

Finis.

Exitus manifeſtat, quod à principio celebratur.

Exitus acta probant.

Fi-

Finem vita ſpectat.
Finis eſt ad quem cuncta referuntur.
Finiti ad infinitum nulla eſt proportio.
Finis opus laudabile reddit.
Non idem ſemper dicere, ſed finem ſpectare debemus.
Quidquid agitur, agitur propter finem.
Quæ orta ſunt occidunt, & aucta ſeneſcunt.
Reſpondeat ſemper finis ſuo exordio.
Rerum exitus eſt incertus.

Fletus.

Et lachrymæ proſunt, lachrymis adamanta mouebis.
Fœmineum eſt plorare, virum decet eſſe modeſtum.
Fletus erumnas leuare ſolet.
Lachryma nil citius areſcit.
Nequiquam flemus, quod nos vitare nequimus.
Non eſt vtilitas in fletu.
Per plāctum vitam mortuus habere nequit.
Stultus eſt, qui mortem mortalium defleet.
Vltra modum fletus eſt reprehendendus.

Fortitudo.

Exterreas viros fortes improuiſò.

Fortis nec temerè audet, nec inconſultè timet.

Fortes creantur fortibus & bonis.

Fortitudo eſt ſcientia perferendarum rerum.

Fortis dicitur, qui circa præclaram mortem impauidus eſt.

Fortes viros non tulit mors, ſed conſeruat.

Fortes iniurias ſubitò obliuiſcuntur.

Fortis eſt quem, neque pauperies, neque mors, neque pericula terrent.

Fortis nec frangitur aduerſis; nec proſperis turgeſcit.

Fortis eſt qui ſe, quam qui fortiſſima vincit.

Fortis timet medium inter audaces & timidos.

Fortitudo à ſuperabundantia corrumpitur, à medio ſaluatur.

In calamitatibus, & iniurijs nihil abiectè facere, celſi animi eſt.

Iniuriam nec patitur fortis, nec facit.

Ignominiam plùs fortis horret, quàm necem.

Leo vbicunque eſt ſemper leo eſt.

Non

Non curat muſcas elephantus, nec culices leo.

Non ſunt fortes, qui aut ex ira, aut ex dolore in pericula impelluntur.

Non eſt vir fortis, cui non creſcit animus in periculis.

Non eſt vir fortis, qui laborem fugit.

Nec Hercules quidem contra duos.

Nullus vir dici poteſt, qui non eſt fortis.

Nullus vir fortis dignatur clam hoſtem occidere, ſed palam.

Nullus cruciatus animum fortem terrificat.

Oportet fortem eſſe manſuetum, & proximi non tam metuant, quàm reuereantur.

Strenuorum nomen immortale.

Qui per virtutem perit, non pol interit.

Quiſquis fortis erit premia digna feret.

Virtutem ne forte tuam contemptior inquinet.

Vltrices moderare potētior iras.

Viris fortibus opus non eſt mænibus.

Virorum fortior eſt, magis mortem, quàm vitam amare.

Vir fortis in tribulatione ſolidatur.

Fortuna.

Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum.

Aduerſa fortuna præbet, quod ſecunda denegat.

Altiùs multi tollũtur, vt cadãt funeſtùs.

Breuis eſt magni fortuna fauoris.

Centum hominum doctorum vincit conſilia fortuna.

Cui fortuna aduerſatur amicos nõ hẽt.

Difficilius ſecunda, quam aduerſa fertur fortuna.

Donec eris felix, multos numerabis amicos, Tempora ſi fuerint aubila ſolus eris.

Dat quodcunque libet fortuna rapitq;, Irus eſt ſubitò eſt, qui modo creſus erat.

Eripit quidquid dedit fortuna præter virtutem, quam non dedit.

Fortuna virtutem aliquando ſuperat.

Fortuna fortes metuit, ignauos premit.

Fortuna & mente, & ratione caret.

Fortuna cùm blanditur captatũ venit.

Fortuna obeſſe contenta non eſt ſemel.

Fortuna vitrea eſt, quæ cùm ſplendet frangitur.

Fortuna cũ blanditur, tũc eſt metuẽda.

For-

Fortuna nunc mihi, nunc alijs benigna.
Fortuna aduerſa prudentes facit.
Faber eſt quiſque fortunæ ſuæ.
Fortuna quanto maior, tanto minus ſicura.
Fortunam, cũ abire permiſeris, fruſtra poſt modum fugientem, implorabis.
Fortunã citiùs reperies, quàm retines.
Fortuna non mutat genus.
Fortuna opes, non ingenium augere poteſt.
Fortuna hunc locupletat, illum redigit ad inopiam.
Fortuna plus in pugna, quàm virtus poteſt.
Fortuna vincit, atque mutat omnia.
Fortunam inſanam, cæcã, brutam perhibent philoſophi.
Guta fortunæ præ dolio ſapientiæ.
Imperat fortuna omnibus rebus.
Inter os & offam multa accidere poſſunt.
Leuis eſt fortuna, citò poſcit qđ dedit.
Minus in paruis fortuna furit.
Maximus anxius eſt qui fortunatus.
Miſerima eſt fortuna quæ inimico caret.
Non conſiliũ agit, at ſors res mortaliũ.

Paſ-

Paſſibus ambiguis fortuna volubilis er-
rat.
Et manet in nullo certa tenaxque
loco.
Proculdubio fortuna hominum ſupe-
rat prudentiam.
Quod non dedit fortuna rapere non
poteſt.
Quibus fortuna ſecunda eſt diuturnam
optant vitam.
Quo ſe fortuna vertit, eò ſe fauor ho-
minum inclinat.
Rarò bona fortuna, bonaque mens da-
tur homini.
Secunda nos fortuna neſcios noſtri fa-
cit, ſiniſtra noſmet indicat nobis.
Sæpe efficit fortuna, quod ars efficere
non poteſt.
Sors omnium mortalium verſat.
Si fortuna volet fies de rethore conſul.
Si volet hæc eadem fies de conſule re-
thor.
Suam cuique mores fingunt fortunam.
Stulti timent fortunam, ſapientes fe-
runt.
Secunda inſolentes, aduerſa modeſtos
fortuna facit.
Secundæ res negligentiam creat.

Triſtem reges fortunam, lætam non reges.

Tempus facile tranſit in ſerenitatem.

Frater.

Fratres cõcordes, ſunt vt ciuitas firma.

Fratres ſimul principari non debent.

Fratrum iræ inter ſe ſunt acerbiſſimæ.

Fratres ſunt corporis tui partes.

Inter fratres rara concordia.

Ira fratrum inueterata conuertitur in odium.

In patrimonij diuiſione probantur fratres.

Subſtãtia inter fratres ſeminat diſcordiam.

Vera felicitas eſt fratrum concordia.

Fraus.

Ab inſolitis fraus præſumitur.

Fraudem fraude repellere licet.

Fraus eſt accipere, quod non poteſt redere.

Fallacia alia aliam fallaciam trudit.

Fera, & piſcis, aliqua oblectatione, decipiũntur.

Impia ſub dulci melle venena latent.

In tergo magis in via, quam fronte perſpice.

Nimis credentes pluries decepiuntur.

Non

Non omnem hominem inducas in domum tuam, multæ enim ſunt inſidiæ doloſi.

Non rete accipitri tenditur, neque miluio.

O riſu res digna, alijs qui fata parabat,
Ipſe perit proprijs ſuccubuitq; dolis.

Quæ nimis aparent retia vitat auis.

Qui fraudem agit, iurè ipſe fraude fallitur.

Sub ſaxo ſæpe deliteſcit ſcorpio.

Sumuntur potius pocula oblita melle.

Scopuli latentes nauium ſunt exitium.

Si non vis falli fugias commertia calui.

Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus.

Vbi deſunt vires ibi fraus incipit.

Vbi nullæ inſidię ſũt, ibi eſt vera virtus.

Frequentatio.

Etiam ferrum crebris ictibus retunditur.

Guta cauat lapidem, non bis ſed ſæpe cadendo.

Sic homo fit doctus, non bis ſed ſępe ſtudendo.

Longa dies hoĩs docuit parere leones.

Longa dies moli ſaxa peredit aqua.

Multis domatur dura quercus ictibus.

Nun-

Nunquam nautam fecit vna nauigatio.

Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent.

Sæpe tamen cultuſque frequens, & cura docentum, Imperat ingenijs naturaque flectitur arte.

Sæpe maximæ res magis frequentatione, & diligentia, quàm viribus conficiuntur.

Vno ictu non deciditur quærqus.

Frigus.

Fames & frigus miſerima mortis genus.

Frigiditas taciturnitatem, caliditas garrulitatem generat.

Frigus tenui cuti inimiciſſimum.

Frigiditas eſt mater albedinis.

Frigus neruis & pulmoni inimicus.

Frigus facit homines feroces, & non prudentes.

Frigus corpus indurat ad laborem.

Frugalitas.

Diſcite quam paruo liceat producere vitam.

Neceſſarijs contentus vilem facit annonam.

Paruis minimiſque rebus natura contenta eſt.

Peregrinatio docet frugalitatem.
Poteſt frugalitas ſenectutē producere.
Philoſophia exigit frugalitatem.
Pro cenſu paupertati eſt frugalitas.
Virtutum omniū mater eſt frugalitas.

Fuga.

Fuga fit aſtu ſæpe, non formidine.
Fœdiſſima fuga, quæ fit, abiectis armis.
Fuga plus nocet militi, quàm cōſiſtere.
Vir fugiens denuo pugnabit.
Vides bello profugos, quos ceres pace feroces.
Vir fortis potius mortem ſuffert, quàm fugam.

Fur.

Centuplex murus, in ſeruandis rebus, à furibus eſt paruus.
Fur furem cognoſcit, & lupus lupum.
Fur notus eſt furi, & ſaga ſagæ.
Fures vocant, qui ſuas diuitias denudat.
Fur eſt, qui clam, & pallam tollit.
Furem nocturnum, qui occidit non cōmittit homicidium.
Furis eſt mentiri, & peierare.
Occaſio commoda, facit furem.
Publici fures ætatem in auro agunt.
Qui publicat diuitias fures prouocat.
Spes rapiēdi, & predādi cæcāt animos.

Si quod non redidiſti, & rapuiſti.
Vtrique fures ſunt, & qui recipit, & qui furatur.
Vrget in patibulum fur maior minorē.

Futura.

Ad melius verte, fortuna quodcunque accidit.
Ex ante factis de futuris iudica.
Ex prȩteritis poſſunt futura deprehēdi.
Futura præuiſa minoris ſunt timoris.
Nam præuiſa minus lædere tela ſolent.
Sæpe vtile eſt neſcire quæ futura ſunt.

Generatio.

Corruptio vnius eſt generatio alterius.
Eſt generatio ex non ente in ens, corruptio contra, ex ente in non ens.
Etiam generoſos & ſapientes domat amor.
Fȩminæ celerius maribus generat & ſeneſcunt.
Generatio eſt opus naturæ perfectiſſimum.
Homo valde pingue parum generat.
Homo & ſol generant hominem.
Homo generat terſeptimum annū ſed debile & imperfectum.
Mares ad ſeptuaginta, feminȩ ad quinquaginta vt plurimum generant.

Mulieres faciliùs concipiũt, ſed in perperio vehementiùs laborant.

Roſa non naſcitur è ſquilla.

Qualis foliorum, talis hominum generatio.

Spontanea moleſtia eſt filiorum procreatio.

Generoſitas.

Equum generoſum vel vmbra virgæ rexeris.

Generoſis animis amor laudis eſt magnus ſtimulus.

Non poteſt generoſus animus contumeliam pati.

Non animis ęquis fert generoſus hoſtis ſucceſſus prędicari.

Præſtant opulentis generoſæ nuptiæ.

Qui ad virtutem natura eſt bene compoſitus, eſt generoſus.

Res eſt generoſa non ad ſuas, ſed naturæ vires reſpicere.

Temperies bona corporis eſt animi generoſitas.

Gloria.

Amor gloriæ nimis mortalibus acer.

Ardua per præceps gloria vadit iter.

Eſt excelſi animi, quum præclara geſſeris, contemnere gloriam.

Glo-

Gloriæ ſtudium voluptatum amorem excludit.

Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude.

Gloria eſt fructus virtutis.

Gloriam concupiſcens non cogitat de labore.

Mundana gloria eſt ventus leuis.

Nulla melior eſt gloria, quàm quæ à laboribus naſcitur.

Omnib. honoris & gloriæ patet cāpus.

Poſteris perenne lumen eſt maiorum gloria.

Peruerſi animi eſt quærere gloriam, & non exercere virtutem.

Quiſquis victum victor laudat, ſuam gloriam illuſtrat.

Viri fortes gloria, virtutis pręmia, contenti ſunt.

Vita breuis eſt, glorię curſus ſépiternus.

Grauitas.

Grauitas decet viros, & fęminas modeſtia.

Grauitas naturalis laudanda, affectuoſa vituperanda.

Grauitas in ſe quàm plurimum habet maieſtatis.

Grauitas in principibus eſt admirabilis.

Minimo ſono labuntur flumina maxima.

Socia & ornamentum dignitatis eſt grauitas.

Gula.

Cor habet in ventre guloſus, laſciuus in libidine, auarus in luçro.

Epularum repletio vim veneni prebet.

Gula & luxuria animi virtutes deſtruunt.

Gulæ vitio ablato, multa vitia vitantur.

Guſtus mercatum inuitat.

Gula eſt mater luxuriæ.

Guſtus deprauatus vel cibos ſaporitiſſimos faſtidit.

Lenticula Eſau primatum perdidit.

Lunge nobis maior eſt cura ventris, quàm artium liberalium.

Nimia gulæ ſaturitas mentis acumen obtundit.

Non eadem placet eſca mortalibus.

Pone gulę metas vt ſit tibi longior ætas
Eſſe cupis ſanus ſit tibi parca manus.

Hæres.

Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt.

Magna hæreditas ex amico inimicum facit, & gaudebit tua morte, quò plus accipit.

Me-

Melius ſit haberem hæredem an non, dubium eſt.
Male agit eger qui medicum hæredem facit.
Qui ſentit honus ſentire debet comodum, & contra.
Vera eſt hæreditas paterna gloria.

Herus.

Colant te potius ſerui, quàm timeant.
Eſt domus occulus domini præſentia.
Non oportet dominum eſſe ſine cuſtodia.
Occulus domini ſaginat equm.
Poſterius eat cubitum dominus, primus ſurget.
Suum aſellum e luto extrahit, niſi dominus.
Videt oculus domini plus, quàm centum alieni.
Veſtigia domini ſtercorant agros.

Homo.

Aduerſus duos homines nequidem Hercules.
Amictus, viſus, ingreſſus mores indicāt
Alius alijs in rebus eſt præſtantior.
Centum vnus, centum non vnum valent.
Conſueuere homines, ſi qua ſiniſtra

vota cadũt,ijs ſe ſe aliòs ville vederi.
Cum moritur homo vermes, & ſerpẽtes hęreditat illum.
Carne moles apti ſunt ad philoſophiã.
Cuilibet eſt inata ſcientia & notitia.
Felices homines innupti & ſine liberis.
Gallus in ſuo ſterquilinio multũ poteſt.
Gratiam duplicat irrogatus, qui dedit.
Generoſis ingenijs odio ſunt turpia.
Garulo homini tacere grauiſſimũ eſt.
Homo nihil omnino, quàm ipſa calamitas eſt.
Homo magnum eſt miraculum.
Homo ratione tantùm pręſtat belluis.
Homo eſt natus ad contemplationem.
Homo poteſt dici Deus, non coli vt Deus.
Homo iumentum eſt, Deus autem poſſeſſor.
Homine nulla imanior fera.
Homo paruus mundus eſt.
Homo naſcitur ad laborem, & auis aduolatum.
Homo niſi aquæ bulla eſt.
Homo non poteſt ſui eſſe iuſtus iudex.
Homines ſunt ad malum proniores, quàm ad bonum.
Homo figura & oratione cognoſcitur.
Homo

Homo & optimum, & peſſimum animal.

Humanum genus,non natura, ſed per accidens ſibimitipſi inimicum eſt.

Homines in montibus habitantes fortiores.

Homo beſtialis cέties millies peior eſt beſtia.

Homo licet doctus aliquando errat.

Homines boni aut mali perpauci,medij perplurimi.

Hominum natura nouitatis auida.

Hominis induſtria belluarum vim longè ſuperat.

Hominem purum inuenire difficile.

Homo eſt melioris carnis,quàm cętera animalia.

Homines vnius gentis naturaliter ſunt magis amici, quàm alterius per morum conformationem.

Homines valde pingues parum generant.

Homo animalium miſerimum & peſſimum.

Ita plerique ingenij, ſumus omnes,vt noſtri nos met pęnitet.

Lupus eſt homini homo.

Largitur bono Deus viro bona.

Malorum ſuorum homo eſt ſibi cauſa.
Mortalium nemo felix.
Mortalium tãta eſt malitia, vt ſe deum arbitrentur poſſe circumſcribere.
Maſculus naturaliter dignior eſt fæmina.
Nil mortalibus ardum.
Non cuiuis homini conuenit ad ire chorentum.
Nullum animal difficilius eſt cognitu homine.
Nemo alterum, quàm ſe plus diligit.
Nihil eſt facilius, quàm ſe fallere.
Nihil eſt aut turpius, aut nequius effeminato viro.
Nullum eſt homini perpetuum bonum.
Nemo poteſt dicere hoc non patiar.
Omnes deorũ opes indigent homines.
O feris homo magis infelix.
Omnia orta occidunt, atque ſeneſcunt.
Omnis homo lucri cupidus eſt.
Pluribus vnus reſiſtere, aut ſufficere poteſt.
Pro commodis mutare vota homines ſolent, ſentẽtiam alternari nunc ſpe nunc metu.
Poteſt quis per alium, quod poteſt per ſe ipſum.

Per-

Perfectus omnibus in rebus nemo eſſe poteſt.

Priuata perdit, qui non curat publica.

Pace quos cernis feroces, cernes bello profugos.

Prima pars æui ſe ſe neſcit, media curis obruitur, vltima ſenectute premitur.

Quod tibi nolles fieri alteri ne feceris, & quod tibi velles fieri alteri face.

Qualis mundus abſque ſole, talis abſque litteris homo.

Quot homo habet peccata, tot dæmones habet.

Quod naturæ ſatis eſt, homini non eſt.

Res humanæ ſemper in deterius prolabantur.

Sunt homines, quos infamiæ ſuæ neque pudet neque tædet.

Sunt quidam non re, ſed nomine hoïes.

Tenuioris eſt officium non parui facere maiores ſe.

Talis ſis qualis haberi cupis.

Velox homo in opere ſuo coram Rege ſtabit.

Vnum quemq; ſuo decet eſſe contentũ.

Vnus nihil duo plurima poſſunt.

Viri cãdida cute nõ ſunt valde ſtrenui.

Vir vnus haud videre omnia poteſt.

Vnicuique dedit vitium natura creato.
Viue tibi, tecum habita, nec grandia tentet.
Effugit imodicas paruula pupis aquas.
Vnum quodque animal ſibi ſalutaria cognoſcit, præter hominem.

Honeſtas.

Criminoſior culpa eſt vbi eſt honeſtas.
Ea facite, quorum non poteſt pęnitere.
Geſtare pernam non eſt turpe, ſed ab honeſto recedere turpe.
Honeſtas eſt citra vtilitatem per ſe laudabilem.
Honeſtas vitam beatam efficit.
Melius honeſta probamus, quàm ſequimur.
Nihil eſt honeſtum iuſtitia vacans.
Nihil eſt vtile ſi non honeſtum.
Nihil hominem optare oportet, niſi honeſtum.
Ornamentum eſt mulieris modeſtia & honeſtas.

Honor.

Dignitatem plerique ambiunt pauci laborem.
Ex virtute naſcitur honor.
Eſt anguſti animi atque demiſſi honorem temnere.

Eſt

Eſt contemptus vbi non eſt honor.
Expers honoris vita per grauis.
Etiam ſanato vulnere cicatrix manet.
E eſt honor honorantis.
Honor humanus eſt nihil, niſi fumus.
Honor, & bona exiſtimatio inter res pretioſas eſt numeranda.
Honor & dignitas quales viros declarant.
Honor eſt virtutis merces & premium.
Honor non ſolum maioribus, ſed equalibus reddendum.
Honor verus eſt animi virtus.
Honores ſæpe mutant mores.
Innumeris laboribus honor conſtat.
Infamibus portæ non pateant dignitatum.
Mediocres honores tempus auget, immodicos abolet.
Maxime appetunt honores recuſantes.
Non exigit honorem, qui recuſat laborem.
Omnibns honoris & gloriæ patet campus.
Qui alios honorat ſe ipſum honorat.

Qui de amore non venit honor, ambitio eſt.
Trahimur oẽs laudis & honoris ſtudio.
Viribus æſtimatis ſubibis ſarcinam.
Victoria & honor in rebus honeſtis ponuntur.

Hoſpes.

Hoſpitem ſuſcipiens ſuſcipit Chriſtum.
Non omnes ſuſcipe in domo, multi ſunt doloſi.
Non ignara malis miſeris ſuccurrere diſco.
Turpe eſt apud plorantes epulari hoſpites.
Turpius eijcitur, qui non admittitur hoſpes.
Voluntate bona, quàm menſa lauta ſuſcipitur hoſpes.
Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus.
Videtur parum ciuile in hoſpitalitate omnia perſcrutari.
Verus hoſpes fuit & ipſe hoſpes.

Hoſtis.

Aduerſus hoſtes nulla eſt prætereunda occaſio.
Ad reprimendum hoſtem potẽtiorum hoſtium ſocietas eſt expetenda.

Ex-

Extinguere hoſtem eſt maxima virtus ducis.
Glorioſum eſt ab hoſte laudari.
Hoſtis vires deficere ſimulans ſummopere eſt fugiendus.
Hoſtes nanque facit fratres commune periculum.
Hoſtem beneficij vincere optima vltio eſt.
Hoſtis timẽdus prę externo domeſtic⁹.
Hoſtis in domo formidabilis eſt.
Hoſtiũ dona nõ ſunt dona, ſed fraudes.
Hoſtium præſẽtia nimium eſt moleſta.
Hoſtem, quamuis humilem, docti eſt, metuere.
Ignoſcere bello hoſti ſufficit ſemel.
In perſequendo hoſtes ordinem etiam ſerua.
Iucunda macula eſt ex hoſtis ſanguine.
Laudes & blanditiæ inimicorum ſunt contumeliæ.
Miſeremia eſt fortuna, quæ inimico caret.
Melius eſt parcere hoſtibus, quã ſequire.
Nemo ſuum hoſtem flocipendat.
Neſcit abeſſe ſuis furor hoſtibus.
Pars victoriæ eſt inter hoſtes ſerere diſcordias.

Per-

Pernitioſior eſt hoſtis fugiẽtibus, quàm aſtantibus.

Qui vincere aduerſario ex tuto cupit beneficijs, & gratia certet bonis.

Quod per hoſtium vim factum eſt, non eſt ratum.

Res tuta non eſt hoſtem perſequi longiùs.

Suſpecta meritò ſunt & obſequia hoſtium.

Seipſum quàm hoſtem ſuperare operoſior eſt.

Subita cõferrunt hoſtẽ, vſitata vileſcũt.

Humilitas.

Bona humilitas, nihil appetẽdo, totum, quod contemnit, adipiſcitur.

Deũ non niſi humiles cõtẽplari poſſunt.

Humilitas eſt ex intuitu propriȩ voluntatis voluntaria mentis inclinatio.

Humilitas cordis receptaculum eſt gratiæ.

Humilitas magis eſt neceſſaria, quàm virginitas.

Humilitas omnium virtutum fundamentum.

Humilitas eſt nutrix dilectionis.

Humilitas non eſt ſine animi magnitudine.

Hu-

Humilitas in paupere grata, in diuite glorioſa.
Hominem ad celum humiltas impellit.
In humilitatis regno etiam militat ſuperbia.
Mediocre humilitate eſt vtendum.
Nihil eſt Deo gratius humilitate.
Potentibus viris magna eſt virtus humilitas.
Qui cupit primatum celeſtem, ſequatur humilitatem terreſtrem.
Quantò es maior tantò te geras humilius.
Quod virtus, & ratio nequit ſæpe ſuperauit humilitas.
Quem quercus non ſuſtinet ventum, ſuſtinet humilitas.
Vbi eſt humilitas, ibi eſt animi magnitudo.
Vbi eſt humilitas, ibi eſt ſapientia.

Hyems.

Bruma niues perferũt, flores ſunt veris amænæ.
Dum ætatis ver agitur, tum conſule brumæ.
Inuitat genialis hyems, curaſq; reſoluit.
Parantur ætate, quæ hyeme fruuntur.
Senectus anni eſt horrida hyems,

Hipo-

Hypocriſis.

Abſcundunt mentes ſub ouina pelle lupina.

Hypocrita eſt quiſquis appetit videri, qui non eſt.

Hypocrita immunda mente, & ſtrepitu labiorum orat.

Hypocrita abſtinentia corpus afficit, vt mondana gloria fruatur.

Hypocritarum facies eſt rationalis, corpus vero beſtialis.

Hypocrita in hac vita recepit mercedem ſuam.

Hypocrita ſanctus eſſe non appetit, ſed vocari.

Hypocrita rectè loquitur, & malè viuit.

Hypocriſis macula pauci carent.

Hypocritæ volunt eſſe humilis ſine deſpectui, bene veſtiti ſine ſolicitudine, in pace ſine labore, alijs adulantes, alijs detrahentes, mordaces vt canes, ſuperbi vt leones.

Intrinſicus rapaces lupi, doloſi vt vulpes, volunt eſſe ſine auctoritate iudices, ſine viſu teſtes, poſtremo falſi accuſatores, & omni virtute carentes.

Illa vero iuſtitia quæ hypocriſis eſt, non

eſt

eſt iuſtitia mẽtitur oculis, fallit aſpe-
ctu, videntibus illudit, decipit audiẽ-
tes, ſeducit turbas, trahit populos. fa-
mam lædit & vendit, clamore emit,
mercedem rapit præſentem. præ-
mium non quærit futurum. cæcat
oculos, cæca ipſa non videns vult vi-
deri.

Iactantia.

Aliena tamquam propria narrare ia-
ctantia eſt.

Fures vocat qui ſuas diuitias denudat.

Iactator eſt vituperabilior mendace.

Iactatio virtutis nimis diſplicet.

Iactantia faſtus mentis eſt maiora de
ſe promittere, quàm ſunt.

Quod magis eſt inane validius ſonat.

Virtutis expers verbis iactat.

Verbis inaniter iactes vbi reb. opus eſt.

Iactura.

Iactura præſtat turpi lucro.

Malè parta, malè dilabuntur.

Nullum lucrum expectes de alterius
iactura.

Quantò minor in poſſeſſione commo-
ditas, tãtò minor in amiſſione dolor.

Sẽper grauior eſt in paucitate iactura.

Tur-

Turpiſſima eſt iactura, quæ fit per negligentiam.

Ieiunium.

Ieiunium purgat mentem, carnem ſpiritui ſubijcit.
Ieiunium debet eſſe moderatum.
Ieiunare non ſolum ore, ſed ſpiritu tenemur.
Ieiunium arma miniſtrat contra diabolum.
Ieiunium eſt angelorum imitatio.
Ieiunium ægrotis maximum eſt opus.
Ieiunus venter nō audit verba libenter.
Ieiunus rarò ſtomac⁹ vulgaria temnit.
Ieiunio ſtomaco dulcia amara, eſſe videntur.
Ieiuno ſtomaco omne pharmaco ſumendum.
Ieiuno ſtomaco panes ſunt delicatæ ferculæ.
Ieiunio rarò ægrotat homo, repletione ſæpius.
Ieiunium ſanitatem conſeruat, & vitam prolungat.

Ignis.

Ignis per ſe ac ſua,ſponte mouetur.
Ignem ſtupæ admouere non eſt tutum.
Ignem igni ne addas.

Ignis

Ignis fit ex aere rarificato.
Mare, mulier, ignis tria mala.
Nullum condimentum igne ſuauius.
Nutritur vento, věto reſtinguitur ignis
Leuis alit flammas grandior aura necat.
Periculosũ eſt ignẽ admouere ſtupeis.
Stupea flamma illco extinguitur.

Ignorantia.

Audaciæ eſt parens ipſa ignorantia.
Ægrè teges inſcitiam inter pocula.
Fons omnium eſt vitiorum ignorantia.
Ignorãtia in vnoquoque hoſtis primarius.
Indoctus idem atque arrogans ſuo ſemet ſermone, & ignorantiã prodit.
Melius eſt neſcire, quàm errare.
Omnium malorum peſſimũ eſt ignorantia.
Omnium inſcipientium animi in morbo ſunt.
Omnis inſcipientes inſanos eſſe dicunt ſtocci.
Argumentum ignorantiæ eſt à ſapientibus diſentire.
Inſcipienti, ſapiens loquens, deſcipere videtur.
Ignorare turpia melius eſt quam ſcire.

Impetritia maiore ex parte omnibus dominatur.

Ignorantiæ eſt falſitas, & dubietas.

Ignorans quæ ſcire nequit, culpa vacat.

Ignorantiam confiteri pulcra temperantia eſt.

Ignorantia ſui ſuperbiam cauſat.

Melior eſt turpis ſcientia bona ignorantia.

Quid aliud chimera, quàm ignorantia.

Turpe eſt neſcire quæ neceſſaria ſunt.

Turpe eſt ignorare, quæ omnibus conueniunt.

Vbi ſcientia non probatur, ignorantia præſumitur.

Vulgus ignorantia falſum credit eſſe verum.

Illecebræ.

Ab inſolitis illecebris fraus præſumitur.

Cum blanditur nos fortuna, captatum venit.

Mare iterum dactilos petit.

Meretricis blanditiæ capiunt amantes.

Non ſatis eſt tutum mellitis credere verbis.

Tetrica ſub dulci melle venena latent.

Imago.

Exēplum Dei quiſq; eſt imagine parua.

Ima-

Imago animi ſermo eſt,& qualis vir talis oratio.

Imagines maiorũ ad virtutẽ accendũt.

Imagines non adorantur, ſed quod per imagines repręſentatur.

Pictura gentibus pro lectione eſt.

Simulacrum docet, & virorum illuſtrium famam conſeruat.

Imaginatio.

Fortis imaginatio facit caſum.

Imaginatio in conceptione formam præbet.

In imaginatione homo videt, quæ non ſunt.

Imaginatio & metus morbi, frequẽter eſt morbi pars maxima.

Imitatio.

Habenda eſt ratio diligenter,quos imitemur.

Imitandi ſunt viri probi.

Imitari nolle bonum, & apud Deum, & apud homines pęna eſt.

Nihil melius imitatur, quàm dormientis imitatio.

Omnes docilis ſumus imitandis turpibus & prauis.

Quiſquis bonos non imitatur offendit.

Vitam parentum imitatur filius.

Vi-

Vnicuique dedit vitium natura creato.
Viue tibi,tecum habita, nec grandia tentet.
Effugit ĩmodicas paruula pupis aquas.
Vnum quodque animal ſibi ſalutaria cognoſcit, præter hominem.

Honeſtas.

Criminoſior culpa eſt vbi eſt honeſtas.
Ea facite, quorum non poteſt pęnitere.
Geſtare pernam non eſt turpe, ſed ab honeſto recedere turpe.
Honeſtas eſt citra vtilitatem per ſe laudabilem.
Honeſtas vitam beatam efficit.
Melius honeſta probamus, quàm ſequimur.
Nihil eſt honeſtum iuſtitia vacans.
Nihil eſt vtile ſi non honeſtum.
Nihil hominem optare oportet, niſi honeſtum.
Ornamentum eſt mulieris modeſtia & honeſtas.

Honor.

Dignitatem plerique ambiunt pauci laborem.
Ex virtute naſcitur honor.
Eſt anguſti animi atque demiſſi honorem temnere.

Eſt contemptus vbi non eſt honor.

Expers honoris vita per grauis.

Etiam ſanato vulnere cicatrix manet.

E eſt honor honorantis.

Honor humanus eſt nihil, niſi fumus.

Honor, & bona exiſtimatio inter res pretioſas eſt numeranda.

Honor & dignitas quales viros declarant.

Honor eſt virtutis merces & premium.

Honor non ſolum maioribus, ſed equalibus reddendum.

Honor verus eſt animi virtus.

Honores ſæpe mutant mores.

Innumeris laboribus honor conſtat.

Infamibus portæ non pateant dignitatum.

Mediocres honores tempus auget, immodicos abolet.

Maxime appetunt honores recuſantes.

Non exigit honorem, qui recuſat laborem.

Omnibns honoris & gloriæ patet campus.

Qui alios honorat ſe ipſum honorat.

Qui de amore non venit honor, ambitio eſt.

Trahimur oẽs laudis & honoris ſtudio.

Viribus æſtimatis ſubibis ſarcinam.

Victoria & honor in rebus honeſtis ponuntur.

Hoſpes.

Hoſpitem ſuſcipiens ſuſcipit Chriſtum.

Non omnes ſuſcipe in domo, multi ſunt doloſi.

Non ignara malis miſeris ſuccurrere diſco.

Turpe eſt apud plorantes epulari hoſpites.

Turpius eijcitur, qui non admittitur hoſpes.

Voluntate bona, quàm menſa lauta ſuſcipitur hoſpes.

Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus.

Videtur parum ciuile in hoſpitalitate omnia perſcrutari.

Verus hoſpes fuit & ipſe hoſpes.

Hoſtis.

Aduerſus hoſtes nulla eſt prætereunda occaſio.

Ad reprimendum hoſtem potẽtiorum hoſtium ſocietas eſt expetenda.

Ex-

Extinguere hoſtem eſt maxima virtus ducis.
Glorioſum eſt ab hoſte laudari.
Hoſtis vires deficere ſimulans ſummopere eſt fugiendus.
Hoſtes nanque facit fratres commune periculum.
Hoſtem beneficij vincere optima vltio eſt.
Hoſtis timẽdus pr ę externo domeſtic⁹.
Hoſtis in domo formidabilis eſt.
Hoſtiũ dona nõ ſunt dona, ſed fraudes.
Hoſtium præsẽtia nimium eſt moleſta.
Hoſtem, quamuis humilem, docti eſt, metuere.
Ignoſcere bello hoſti ſufficit ſemel.
In perſequendo hoſtes ordinem etiam ſerua.
Iucunda macula eſt ex hoſtis ſanguine.
Laudes & blanditiæ inimicorum ſunt contumeliæ.
Miſeremia eſt fortuna, quæ inimico caret.
Melius eſt parcere hoſtibus, quã ſequire.
Nemo ſuum hoſtem flocipendat.
Neſcit abeſſe ſuis furor hoſtibus.
Pars victoriæ eſt inter hoſtes ſerere diſcordias.

Humilitas in paupere grata, in diuite glorioſa.
Hominem ad cęlum humiltas impellit.
In humilitatis regno etiam militat ſuperbia.
Mediocre humilitate eſt vtendum.
Nihil eſt Deo gratius humilitate.
Potentibus viris magna eſt virtus humilitas.
Qui cupit primatum cęleſtem, ſequatur humilitatem terreſtrem.
Quantò es maior tantò te geras humilius.
Quod virtus, & ratio nequit ſæpe ſuperauit humilitas.
Quem quercus non ſuſtinet ventum, ſuſtinet humilitas.
Vbi eſt humilitas, ibi eſt animi magnitudo.
Vbi eſt humilitas, ibi eſt ſapientia.

Hyems.

Bruma niues perferũt, flores ſunt veris amænæ.
Dum ætatis ver agitur, tum conſule brumæ.
Inuitat genialis hyems, curaſq; reſoluit.
Parantur ætate, quæ hyeme fruuntur.
Senectus anni eſt horrida hyems.

Hypocriſis.

Abſcundunt mentes ſub ouina pelle lupina.

Hypocrita eſt quiſquis appetit videri, qui non eſt.

Hypocrita immunda mente, & ſtrepitu labiorum orat.

Hypocrita abſtinentia corpus afficit, vt mondana gloria fruatur.

Hypocritarum facies eſt rationalis, corpus vero beſtialis.

Hypocrita in hac vita recepit mercedem ſuam.

Hypocrita ſanctus eſſe non appetit, ſed vocari.

Hypocrita rectè loquitur, & malè viuit.

Hypocriſis macula pauci carent.

Hypocritæ volunt eſſe humilis ſine deſpectui, bene veſtiti ſine ſolicitudine, in pace ſine labore, alijs adulantes, alijs detrahentes, mordaces vt canes, ſuperbi vt leones.

Intrinſicus rapaces lupi, doloſi vt vulpes, volunt eſſe ſine auctoritate iudices, ſine viſu teſtes, poſtremo falſi accuſatores, & omni virtute carentes.

Illa vero iuſtitia quæ hypocriſis eſt, non

eſt

eſt iuſtitia mẽtitur oculis, fallit aſpe-
ctu, videntibus illudit, decipit audiẽ-
tes, ſeducit turbas, trahit populos. fa-
mam lædit & vendit, clamore emit,
mercedem rapit præſentem. præ-
mium non quærit futurum. cæcat
oculos, cæca ipſa non videns vult vi-
deri.

Iactantia.

Aliena tamquam propria narrare ia-
ctantia eſt.
Fures vocat qui ſuas diuitias denudat.
Iactator eſt vituperabilior mendace.
Iactatio virtutis nimis diſplicet.
Iactantia faſtus mentis eſt maiora de
ſe promittere, quàm ſunt.
Quod magis eſt inane validius ſonat.
Virtutis expers verbis iactat.
Verbis inaniter iactes vbi reb. opus eſt.

Iactura.

Iactura præſtat turpi lucro.
Malè parta, malè dilabuntur.
Nullum lucrum expectes de alterius
iactura.
Quantò minor in poſſeſſione commo-
ditas, tãtò minor in amiſſione dolor.
Sẽper grauior eſt in paucitate iactura.

Turpiſſima eſt iactura, quæ fit per negligentiam.

Ieiunium.

Ieiunium purgat mentem, carnem ſpiritui ſubijcit.
Ieiunium debet eſſe moderatum.
Ieiunare non ſolum ore, ſed ſpiritu tenemur.
Ieiunium arma miniſtrat contra diabolum.
Ieiunium eſt angelorum imitatio.
Ieiunium ægrotis maximum eſt opus.
Ieiunus venter nõ audit verba libenter.
Ieiunus rarò ſtomac⁹ vulgaria temnit.
Ieiunio ſtomaco dulcia amara, eſſe videntur.
Ieiuno ſtomaco omne pharmaco ſumendum.
Ieiuno ſtomaco panes ſunt delicatæ ferculæ.
Ieiunio rarò ægrotat homo, repletione ſæpius.
Ieiunium ſanitatem conſeruat, & vitam prolungat.

Ignis.

Ignis per ſe ac ſua, ſponte mouetur.
Ignem ſtupæ admouere non eſt tutum.
Ignem igni ne addas.

Ignis fit ex aere rarificato.
Mare, mulier, ignis tria mala.
Nullum condimentum igne ſuauius.
Nutritur vento, vẽto reſtinguitur ignis : Leuis alit flammas grandior aura necat.
Periculosũ eſt ignẽ admouere ſtupeis.
Stupea flamma illco extinguitur.

Ignorantia.

Audaciæ eſt parens ipſa ignorantia.
Ægrè teges inſcitiam inter pocula.
Fons omnium eſt vitiorum ignorantia.
Ignorãtia in vnoquoque hoſtis primarius.
Indoctus idem atque arrogans ſuo ſemet ſermone, & ignorantiã prodit.
Melius eſt neſcire, quàm errare.
Omnium malorum peſſimũ eſt ignorantia.
Omnium inſcipientium animi in morbo ſunt.
Omnis inſcipientes inſanos eſſe dicunt ſtocci.
Argumentum ignorantiæ eſt à ſapientibus diſentire.
Inſcipienti, ſapiens loquens, deſcipere videtur.
Ignorare turpia melius eſt quam ſcire.

Imperitia maiore ex parte omnibus dominatur.
Ignorantiæ eſt falſitas, & dubietas.
Ignorans quæ ſcire nequit, culpa vacat.
Ignorantiam confiteri pulcra temperantia eſt.
Ignorantia ſui ſuperbiam cauſat.
Melior eſt turpis ſcientia bona ignorantia.
Quid aliud chimera, quàm ignorantia.
Turpe eſt neſcire quæ neceſſaria ſunt.
Turpe eſt ignorare, quæ omnibus conueniunt.
Vbi ſcientia non probatur, ignorantia preſumitur.
Vulgus ignorantia falſum credit eſſe verum.

Illecebræ.

Ab inſolitis illecebris fraus preſumitur.
Cùm blanditur nos fortuna, captatum venit.
Mare iterum dactilos petit.
Meretricis blanditiæ capiunt amantes.
Non ſatis eſt tutum mellitis credere verbis.
Tetrica ſub dulci melle venena latent.

Imago.

Exẽplum Dei quiſq; eſt imagine parua.

Ima-

Imago animi ſermo eſt,& qualis vir talis oratio.
Imagines maiorũ ad virtutẽ accendũt.
Imagines non adorantur, ſed quod per imagines repręſentatur.
Pictura gentibus pro lectione eſt.
Simulacrum docet, & virorum illuſtrium famam conſeruat.

Imaginatio.

Fortis imaginatio facit caſum.
Imaginatio in conceptione formam præbet.
In imaginatione homo videt, quæ non ſunt.
Imaginatio & metus morbi, frequẽter eſt morbi pars maxima.

Imitatio.

Habenda eſt ratio diligenter,quos imitemur.
Imitandi ſunt viri probi.
Imitari nolle bonum, & apud Deum, & apud homines pęna eſt.
Nihil melius imitatur, quàm dormientis imitatio.
Omnes docilis ſumus imitandis turpibus & prauis.
Quiſquis bonos non imitatur offendit.
Vitam parentum imitatur filius.

Vi-

Vitam doctorum reproborum ſequentes, cum illis corruunt.

Imperitus.

Homine imperito nũquam quid quàm iniuſtius.
Imperitus credit ſe ſcire, quæ neſcit.
In auribus imperitorum, qui loquitur perdit verba.
Inſcipiẽte fortunato ĩtolerabilius nihil.
Imperitiſſimus quiſque ſibi arrogat litterarum peritiam.
Imperitus nihil rectè putat, niſi quod ipſe facit, aut dicit.
Imperiti nihil differunt à mortuis.
Inertis eſt neſcire, quod licet tibi.
Idiotæ vtuntur ſophiſtria.
Non eſt quidquam audacius, quàm imperitia.
Nil ſapère vera vita iucundiſſima.
Nauem agere, ignarus nauis, timet.
Potentium ignorantia teterima eſt.
Turpe eſt neſcire quæ neceſſaria ſunt.
Vir imperitus terræ onus grauiſſimũ.

Imperium.

Bonus imperator refrẽnat libidines, iracundia tenet, ſpernit voluptates, coercet auaritiam.
Concordia & beneuolẽtia ſubditorum ſunt

ſunt firmæ imperij baſes.
Imperia magna ſemper abundant hoſtibus.
Imperij fondamentum eſt virtus.
Imperia iniquè,& ſceleſtè acquiſita diu durare non poſſunt.
Imperium magnum curam magnam expedit.
Imperium ſine milite nec colitur, nec ſeruatur.
In ſummo imperatore debet eſſe ſcientia rei militaris, virtus, autoritas, fęlicitas.
Imperator ſi minùs ætate, certè moribus ſenex eſſe debet.
Imperatorum autoritatem res aduerſæ minuunt.
Moderata imperia ferenequeũt labari.
Nihil eſt difficilius, qùm bene ĩperare.
Non bene imperare poteſt, qui priùs ſub imperio non fuerit.
Non bene imperat,niſi qui imperio paruerit.
Non poteſt exercitum contenere, qui ſe ipſum non continet.
Natura mortalium auida eſt imperij.
Summiſſum imperium non tenet vires ſuas.

Scire imperare res difficilima eſt.
Superbú imperiũ breue, & fragile eſt.
Vbi plures imperát, ibi nemo imperat.
Virtute imperium propugnandum, nõ dolis ac pecunia.
Virtutis imperatoriæ ſunt labor in negotijs, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in cõficiẽdo, conſilium in prouidendo.
Velociter cadit moles tyranici imperij.
Violentum imperium citò deficit.

Impetus.

Impetus cuncta malè miniſtrat.
Impetus multos deſtruxit viros.
Primus impetus non eſt hominis.
Parit ira & cupido impetum, & ipſe ruinam.
Qui impetu guberantur, tardè pęnitet.

Impietas.

Impij apud inferos pæne sũt pręparatę.
Impius paſſionibus ſemper agitatur.
Impius à religionis pietate ſeparatur.
Impij ſemper timent.
Impia ſub dulci melle venena latent.
In hoc mondo non omnia impiorum punit Deus.
Ipſa improbitas improbo ſumma pœna eſt.

Lux

Lux impiorum eſt proſperitas vitę præſentis.
Nulla fides pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur.
Virtutum omnium impietas deſtructio eſt.

Impoſſibilitas.

De nihilo nihil in nihilum nil poſſe reuerti.
Difficile eſt de ſpinis vindemiare.
Deus priuatur facta infecta poſſe reddere.
E ſquilla impoſſibile eſt naſci roſa.
Equus fieri ex aſino natura non ſinit.
Nemo ad impoſſibile tenetur.
Nemo ſibi impoſſibile ingrediatur.
Non ſunt tentanda quæ fieri nō poſsūt.
Stultum eſt aquam à pumice quærere.
Sine pennis volare nemo poteſt.

Improbus.

Ab improbis laudari vituperari eſt.
Apud improbos pro auxilio exitium inuenies.
Citò improborum læta ad perniciem cadunt.
Cum improbo viro nunquā iter facias.
Cōſuetudine improborum probus improbus euadit.

Fugienda eſt improborum conſuetudo.

Improborum concordia citò in diſcentionem vertitur.

Improbitas nullo flectitur obſequio.

Improbus eſt, qui accipit beneficium & neſcit reddere.

Paucorum improbitas eſt vniuerſis calamitas.

Vnius improbi ſupplicium multos improbos coercet.

Vt membra corporis putrida amputãtur, ſic improbi à republica.

Vitandi improbi non minùs hoſtibus.

Impudicus.

Impudica qui loquntur, impudica diligunt.

Impudicus oculus cordis eſt impudicus nuntius.

Impudentia dux eſt ad turpia.

Impudicus eſt audax rapax & auarus.

Impudens non ſentit dolorem ex turpiter factis.

Non eſt aduerſus impudentes & improbos velitandum.

Quantò Deo placet verecundia, tantò diſplicet impudentia.

Quædam impudentes abſque cauſa ſunt.

Im-

Impunitas.

Impunitas delictorum nutricula eſt.
Impunitas inuitat ad malè faciendum.
Multa mala proueniunt ex impunitate.
Qui tenuem amicum lædit, huic ſi humanitus, impunè fuerit, iminet vindex Deus.
Qui impunitatē cōdonat Deū offendit.

Inceſſus.

Liberos homines modico magis gradu eſt per vrbem ire.
Seruile eſſe duco feſtinanter currere.
Veſtimentum & inceſſus indicant de homine.
Vbi eſt inceſſus grauis, ibi eſt animi grauitas.
Vbi eſt inceſſus leuis, ibi eſt & animi leuitas.

Inclinatio.

Ab elementorum temperamento procedit hominis inclinatio.
Hominē incitat inclinatio & non cogit.
Naturę ſequitur ſemina quiſque ſua.
Plus ad malum quàm ad bonum cogit inclinatio.

Incommodum.

Incommodum ſæpe leuiorum fuga in maximas calamitates incurritur.

Incommoda qui ſuffert melius commoda fruitur.
Solent incõmoda multa aliquando afferre commoda.
Solent producere pacẽ incõmoda belli.

Incontinentia.

Incontinens cognoſcit praua eſſe, quæ facit ob affectum tamen agit.
Incontinens adoleſcentia effętum corpus tradit ſenectuti.
Qui incontinens viuit ad ſenectum non peruenit.

Indignatio.

Indignatio ęgritudo quædam eſt de bonis indignè poſſeſſis.
Qui indignatione mouetur, parum videtur peccare.
Videntur iuſti magis indignationę moueri.

Indignus.

Indigno qui honorẽ tribuit perdit op⁹.
Indignis portæ non pateant dignitatũ.
Indignos laudare malum eſt.
Indignũ orare eſt in aſini aures canere.
Vnguentum fugit ſcarabeus, ſtercora quærit.
Vita indigni ſunt in otio viuentes.

Indoles.

Generorſa indoles, ſi accedat bona inſtitutio, magnum bonum eſt patriæ.

Indolis apparitio virtutis futuræ eſt in pueris.

Protinus apparent plantæ, quæ frugiferæ futuræ.

Vt bona ſpes in ſegete, ſic in pueritia apparet bona indoles.

Vera ſpes eſt patriæ puerorum bona indoles.

Indulgentia.

Exitium natis parit indulgentia patrũ.

Et corporis neruos, & mentis frangit indulgentia.

Indulgentia in pueris debet eſſe licita & moderata.

Sibi omnibus in voluptatibus indulgere damnoſiſſimum, & fęmineum eſt.

Tantum indulgere quantum decet, & quando decet, & quod decet.

Induſtria.

Deus facientes, adiuuat.

Diligens induſtria melior eſt, quàm bonum ingenium.

Expugnat omnia ſolers induſtria.

Fortunam aduerſam ſubleues induſtria.

Homines induſtria belluarũ vim longe ſuperant.
Mater alterum, induſtria alterũ gignit.
Nihil eſt quod arte & induſtria non efficiatur.
Sua cuiq; vitiæ induſtria eſt inſtar opũ.
Vt pauper ſine induſtria non tuto viuere poteſt.
Vincit difficultatem, & fugat paupertatem ſolers & feruida induſtria.

Inertia.

Ignauus, cum virtute careat, dolis honorem & impenſa agreditur.
Inertia iudicatur, vbi fugitur labor.
Inertia marceſſit hõ, labore vigoreſcit.
Mentem & corpus debilitat inertia.

Infamia.

Infamibus portę nõ pateant dignitatũ.
Infamia aliena alios docet, & ad virtutem ſtimulat.
Infamia difficilè deletur.
Non facit fortuna infamẽ, ſed volũtas.
Stultum eſt fruſtra infamiam ſuſtinere.

Infirmitas.

Amara omnia ſunt febricitantibus.
Crudelem medicum intemperãs ęger facit.
Dies adimit ægrtudinem hominibus.

Egro-

Ægrotantes ſunt valde moroſi.
Ægroto dum ſpes eſt vita eſt.
Facilè omnes,cum valemus, rectè conſilia ęgrotis damus.
Infirmus ponit ſanitatẽ eſſe felicitatẽ.
Nulla eſt voluptas ægrotante corpore.
Non omnes ægroti vno modo ſanãtur.
Refectio moderata ægritudinẽ fugat.
Sanantem non eloquentem medicum æger quærit.
Sunt cauſa multorum malorum multa fercula.
Sponte ægrotat medico non obtẽperãs.
Strenuè præſtat mori,quam diu conualeſcere.

Infortunium.

Aliena ſi æſtimaris infortunia tunc ęquiore mente perferes tua.
Ab aliorum caſu diſce quid vites.
Abſque infortunio vlla fuit domus.
Criminis nemo exors, nemo exors infortunij.
Equum habet ſeianum infortunatus.
Ex caſibus alienis ſalubrem nobis medicinam colligimus.
In infortunijs virtus relucet.
Infortuniũ cęlato ne volnptate afficias inimicos.

Inſcius Actheon vidit ſine veſte dianã,
Preda fuit canibus nõ minus ille ſuis.
Quando præter fortunam euenit læſio, infortunium eſt.
Quod Deus malum prebet æqui boniq; conſule.
Semper preſto ſunt infortunia.
Viſita potius infortunatos, quàm fortunatos.

Ingenium.

Carne molles acumen ingenij poſſidet.
Doctrina non dat ingenium, ſed polit.
Grandes materies parua, ingenia non ſuſtinent.
Eſt nullum ingenium magnum abſque dementia.
Ingeniũ quõdã fuerat pretioſior auro,
Aſt nunc barbaries eſt grandis habere nihil.
Ingenium humanum ad aliena vitia perſpicax, ad ſua cæcum.
Ingenia generoſa doceri cupiunt, cogi non ferunt.
Luxu corporis hebeteſcit acumen ingenij.
Multum quibus eſt ingenium cordis eſt nihil.
Nihil ingenio feracius.

Nihil intentatum ingenio ſapientis.
Non ingenium, at ſedulitatem, & induſtriam quilibet ſibi dare poteſt.
Non ætate, verum ingenio adipiſcitur ſapientia.
Natura non omnibus idem tribuit ingenium.
Nihil eſt ſummis ingenijs, quod tentando inueſtigandoque non inoteſcat.
Præcocia ingenia citò deficium.
Parilitas ingeniorũ æmulationẽ facit.
Quo quiſque eſt ingenioſior, hoc docet laborioſior.
Rarò ſunt viuaces, ingenio egregio prediti.
Subtilitas ingenij cibi copia impeditur.
Tardi ingenij eſt riuulos conſectari, & fontes rerum non videre.
Vbi ingenium & ratio plurima, ibi fortuna minima.
Vincit ſtudij diligentia ingenij defectũ.
Vide quòd ſępe ſumma ingenia in occulto latent.

Ingenuus.

Ingenuus non recipit contumelia.
Ingenuis natura quod dedit fortuna non aufert.
Ingenuitatem lædit, qui indigum rogat.

Ingenuitas eſt virtutis genus.
Ingenuus animo rogando erubeſcit.
Ingenuitas tendit ad pudorem.
Ingenuus doceri cupit, cogi non fert.
Pecuniæ domeſticæ deficiunt, ingenuitas manet.

Ingratitudo.

Beneficij immemores oderunt ſuos benefactores.
Diuina ingratos homines vlciſcitur ira.
De bene merente dicit malè ingratus.
Donec accipit ingratus oſculatur manus dantis, at in tempore reditionis facit verba tedij.
Ingratitudo ignem amoris extinguit.
Ingrati gratia poſt donum cito ſeneſcit.
Ingratus eſt, qui poſt veniam peccat.
Ingratitudo omnia vitia in ſe complectitur.
Ingratitudo nullã recipit excuſationẽ.
Ingratus eſt beneficij parum memor.
Improbi de beneficio peiores euadunt.
Nulla eſt intolerabilior cõtumelia, quã quæ pro benefactis rependitur.
Nullo beneficio ingrati anim⁹ mutatur.
Paupertas multos ingratos facit.
Qui reddit malum pro bonum, non fugiet malum.

Inimicitia.

Ab inimicis magna decerpitur vtilitas quàm ab amicis.
Cela inimicos, calamitates ne gaudeāt.
Cũ inimico nemo citò in gratiā venit.
Diuinum eſt ſuis inimicis parcere.
In labijs indulcat inimicus, in corde inſidiatur.
Inimicum, quàm vis humilem, docti metuere eſt.
Inimicitia vitanda cautiſſimè, ferenda æquiſſimè, finienda citiſſimè.
Prudentis eſt etiam ab inimicis vtilitatem capere.
Solicitè ſunt obſeruandi inimici, primi enim peccata ſentiunt.
Tolerare inimicitias eſt virtus humana, parcere diuina.
Tacitę magis inimicitię timendæ.
Vt homo inimicus eſt diligendus.
Vlciſcitur inimicum, qui ſe probum ac honeſtum virum præbet.

Iniquitas.

Caris iniqus eſſe cui poteſt eſſe equs.
Impatiens eſt iniquitatis bonus.
Iniquitas diu non poteſt florere.
Iniquus & viuus, & mortuus punitur.
Iniquus nunquam timore caret.

Ple-

Plerunque plùs valat malorum iniquitás, quàm bonorum fauor.
Praua & iniqua mens ſemper eſt in afflictione.
Virum iniquum magis tacendo, quàm reſpondendo ſuperabis.
Vir iniquus irritatus grauiùs lædit.

Iniuria.

Accipere quàm facere præſtat iniuriā.
Beneficiorum memoria fragilis, iniuriarum tenax.
Glorioſius eſt tacendo iniuriam fugere, quàm reſpondendo ſuperare.
Iniuria amici moleſtiſſima eſt & intolerabilis.
Iniuria ſoluit amorem.
Leuis iniuria à magno aīo negligitur.
Nihil ſuauius, quàm iniuriarū obliuio.
Nec dolendum nec gaudendum vulgi iniuria.
Odia tolli minimè queunt memoria iniuriarum.
Qui veterem iniuriam impunè fert inuitat nouam.
Qui non repellit à ſocio iniuriam, cum poteſt, tam eſt in vitio, quàm qui infert.
Sēper maiori fortunę locū facit iniuria.

Ve-

Veterem ferendo iniuriã inuites nouã.

Inſolentia.

Eſt felicitas inſolentiæ mater.

Inſolentes milites reddit victoria.

Quæ terribilia ſunt ab inſolẽtia, ea reddit aſſuetudo blanda & mollia.

Rebus ſecundis addita inſolentia eſt.

Inſtabilitas.

Eſt inſtabilitas animi leuitatis ſignum.

Fides non eſt habenda homini inſtabili.

Frequens migratio eſt leuitatis ſignũ.

Saxum volutum non obducitur muſco.

Intellectus.

Intellectus non poteſt ſimul, & ſemel plura intelligere.

Intellectus quęrit vitam ſtudioſam, ſenſus vero voluptuoſam.

Intellectus eſt lumẽ, quod Deus infundit animæ.

Intellectus non quieſcit, niſi in cognitione Dei.

Intellectus eſt ſeparatus ab omni orgono corporali.

Intellectus non poteſt ſeipſum capere.

Nihil eſt in intellectu, quod prius non fuerit in ſenſu.

Scire eſt per demõſtrationẽ intelligere.

Spiritualium intellectus eſt panis vitæ.

Vbi plurimus intellectus, ibi fortuna minima.
Vnum qui non intelligit, nihil intelligit.

Intemperantia.

Intemperans cognoſcit praua eſſe, quæ facit, ob affectum tamen agit.
Intemperans iucunda omnia appetit.
Mundi luxus animæ piæ crux eſt.
Nihil magis ad veritatis contemplationem impedit, quàm luxus vitæ.
Sumptuoſitas pars incontinentiæ eſt.
Vitium eſt cupidæ partis intemperantiæ, prauas cupiditates amplectere.

Inueſtigatio.

Nihil eſt tam difficile, quod quęrendo inueſtigandoque acquiri non queat.
Occultam veritatem detegit ſolicita inueſtigatio.
Quęrit inueſtigatio indefeſsũ ingeniũ.
Vincit difficultates omnes pertinax inueſtigatio.

Inuidia.

Diuiti inuidetur, pauper contemnitur.
Facilius eſt pauperi contemptum fugere, quàm diuiti inuidiam.
Figulus inuidet figulo, & faber fabro.
Ferrum rubigine, inuidus ſuo vitio tabeſcit.

Ho-

Homines inuident alter alteri.
Inuidus ſui eſt acerimus hoſtis.
Inuidia eſt ægritudo ex alterius rebus ſecundis.
Inuidus inuidia comburitur intus & extra.
Inuidus alterius reb. marceſcit opimis.
Inuidia ex virtute parta gloria eſt.
Inuidia ſuderbiæ filia, ſoffoca matrem non erit filia.
Inuidia eſt odium alienæ fęlicitatis.
Inuidia tantum in molles, & parum viriles cadit animos.
Inuidia non ſolum malos, ſed bonos tangit.
Inuidia virtute parta, non inuidia, ſed ſumma gloria putanda.
Inuidus non lædit, atamen inuidiam vitare bonum eſt.
Inuidet cantor cantori, egenus egeno.
Inuidus hoſtis eſt ſibi ipſi.
Inuidus alienas iacturas ſuos queſtus exiſtimat.
Inuidus eſt ciuitati vt loliun tritico, ignauus pace & inutilis bello.
Inuidus non minus aliena felicitate cruciatur quam ſuo infortunio.

Inui-

Inuidus odit ſuperiorem, quia ei non æquatur.
Inuidia ſuum torquet auctorem.
Inuidia inter cognatos flagrat.
Inuidere bonis par eſt, vt amare peſſimos.
Miſeratione melior inuidentia eſt.
Magis cauenda amicorũ inuidia, quàm hoſtium inſidiæ.
Parum alteri, multũ ſibi inuidus nocet.
Sicut rubigo ferrum, ita inuidia inuidos conſumit.
Sola miſeria caret inuidia.
Virtus rara eſt alienę non inuidere virtuti.
Virtuti & gloriæ maximè inuidere ſolet.

Inuitum.

Coacta non durant, ſpontanea durant.
Inuitum eſt, quod, vel vi, vel ignoratione agitur.
Nemo inuitus bene agit, etiam ſi bonum eſt quod agit.
Nihil eſt tam facile, quin difficilis ſit, cum inuitus facias.
Quæ inuiti agimus alia ignoſcenda, alia non.
Qui inuitus facit etiam voluntate feciſſe videtur.

Ira.

Ira.

Animi puſilli eſt,non magni iracundia.
Alios parũ lædit iracũdia maximè ſibi.
Bonum apud virum citò moritur iracundia.
Cæca eſt ira,nec ſinit cernere verum.
Crudeles voco,qui puniendi cauſam non modum habent.
Iracundi addiſcendum apti, ad gubernandum inepti.
Dic in ira,ne iratus eſſẽ, te verberarẽ.
Eſt maius vincere & cohibere iracundiam,quàm ſuperare hoſtem.
Eſt iræ ſubducendi occaſio.
Ex cauſa iraſci laudabile, ſine cauſa execrabile.
Fuge ſemper dominos iratos.
Fulmẽ & vbi cum poteſtate habitat ira.
Homo extra corpus eſt cum iraſcitur.
Homines nõ ſunt apud ſe præ iracũdia.
Iracundi hominis iracundiæ ratio eſt.
Ira eſt ęfrenata cupiditas, ſeu vlciſcendi libido.
Iracundus à ſtulto nihil differt.
Ira eſt perturbatio mentis, cum vehementi vindictæ appetitu.
Ira minùs ſui cõpos eſt, quàm ebrietas.
Ira etiam iuſta eſt moderanda.

Ira,

Ira, timor, & triſtitia facultatem deſtruunt naturalem.
Irati principio paleſcunt, poſtea rubẽt.
Iracundia eſt comes fortitudinis.
Ira qui vincit hoſtem vincit maximum.
Ira tunc eſt fręnanda cùm patimur iracundiam.
Ira quæ tegitur magis nocet.
Iram mox remittere benigni eſt patris.
Iram cohibe crudelitatis mater.
Ira aliquando cos eſt fortitidinis.
Ira vbi vires deficiũt maxima pęna eſt.
Ira fraterna inueterata conuertitur in odium.
Ira delata paulatim langueſcit.
Imodica ira giguit inſaniam.
Iratus eſt inſanus momentaneus, inſanus perpetuus.
Ira & auaritiæ conſultatrices peſſimæ.
Ira multa facere cogit mala.
Ira eſt breuis inſania.
Ira eſt impetuoſiſſima ad egredienda pericula.
Ira nôn vtitur ratione ſed impetu.
Ira procul abſit, cum quà nihil fieri, nihil conſiderari rectè poſſit.
Iraſci in quibus non oportet inſipientis eſt.

Ma-

Maximum ad eunda pericula calcar habet iracundia.
Malo impunitum demittere, quàm prę ira grauiùs punire.
Non decet regē ſæua & inexorabis ira.
Noli iraſci ab re, nam hoc ſtultum eſt.
Nunquam iraſcitur ſapiens.
Nemo iraſcitur, vbi naturæ vitium defendit.
Non principium affert, qui facit, ſed qui ad iram prouocat.
Nil fędius ira.
Preceps ira malorum cauſa.
Qui cum iuſta cauſa non iraſcitur, peccat.
Regi nequit & ira, & arpens hoſtis victoria.
Ratione ſubitò iram deuinceris.
Reſpicere nil conſueuit iracundia.
Se poſſe plus iratus, quùm poſſit putat.
Tres affectus homines ad omnia facinora præcipites agunt, ira, cupiditas, libido.
Vana ſine viribus ira.
Vitioſa eſt in peccatis iræ cohibitio.

Iucunditas.

Nulla poteſt eſſe iucunditas ſublata amicitia.

Pue-

Pueri nihil ſponte faciunt, quod in ſe non habeat iucunditatem.
Omnia iuconda appetit intemperans.
Vitat moleſtiam natura, iucunditatem appetit.
Vitæ iucunditas doctis eſt contéplatio.
Vita, qui nihil habet iucũdius vita, is cũ virtute vitam non poteſt colere.

Iudex.

Amor odium, & proprium commodũ ſępe faciunt iudicé non videre verũ.
Diues corrumpit iudicem muneribus, pauper non auditur, & contemnitur.
Iudex iniquus pauperis veritatem non audit, & diuitis mendacium audit.
Iudicem aditurus iuſtum patronum conquirat.
Iudex damnatur, cũ nocens abſoluitur.
In iudicando criminoſa eſt celeritas.
Iudex meminerit ſe teſté habere Deũ.
Ignorantia iudicis ſæpe fit calamitas innocentis.
Iudicantes eodem mente preditos eſſe oportet, qua legislatoris.
Iudicare ſecundum leges cautius eſt, quam propria ſcientia.
Iudex religioſus poteſt etiam praue iudicare.

Lu-

Lucem conſpiciat, qui vult de tenebris iudicare.
Ne quemquam punito, rem niſi priùs expenderis.
Ne iudex fueris, partes niſi audiueris ambas.
Nemo bene iudicat, quod ignorat.
Sub prętextu miſericordiæ non eſt iniuſtè iudicandum.
Tam malũ eſt dimittere ſontem, quàm punire in noxium.
Tunc ſe norat hominem, qui magiſtratum gerit.
Xenia & dona excęcant oculos iudicũ.

Iudicium.

Ante iudicium interroga te ipſum.
Nihil eſt magis cõtrariũ iudicio, quàm iudico perſcribere aliquem.
Non ad lucrum neque gratiam, ſed ad ęquitatem iudica.
Omnia ſunt incerta, cùm à iudicio diſceſſum eſt.
Per multorũ iudicia, multa corrigũtur.
Sunt omnium iudicia libera.
Temerarium iudicium magis nocet iudicanti, quàm iudicato.
Vendere iudicium eſt vendere animã.
Vide, inueſtiga, quære ante iudicium.

Iura-

Iuramentum.

A iureiurãdo abſtine, principibus cede.
Ad iurandum faciles parum pietatis habent.
Iuramentum non eſt vinculum iniquitatis.
Ius iurandum ſerua niſi ſcelus, aut iniuſtum ſit quod iuraueris.
Iuraui lingua, mentem iniuratam fero.
Iurare quamquam iuſtè quantum poſſis effuge.
Ius iurandum fuge, vel iuſtè ſi iures.
Improborũ iuramentũ in aqua ſcribe.
Iurans ex calore iracundiæ, non obligatur.
Nullum iuramentum graue eſt furi & impoſtori.
Omnis controuerſiæ finis ad cõfermationem eſt iuramentum.
Qui mentiri ſolet peierare conſueuit.
Qui iuramentum à malo viro poſtulat, inſanit.
Verum præſumere facit iuramentum, niſi contrarium probetur.

Iuris peritus.

Aduocatus perfectus nullo modo iniuſtas cauſas amplectitur.
Apud cauſidicos ſilentium venale eſt.

De-

Domus iuris cõſulti eſt totius ciuitatis oraculum.
Iuris peritus foro,non bello aptus.
Socius criminis eſt, qui defraudatorẽ defendit.
Turpe eſt defendere, quod cõſtat iuſtũ non eſſe.
Verboſus aduocatus iuſtitiæ hoſtis eſt.
Vrbes beatas cauſidicus infelices facit.

Iuſtitia

Iuſtitia, & religio principatuũ colũnę.
Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit.
Iuſtitia nõ nouit parẽtes,ſed veritatem.
Iuſtitia eſt virtus animi, vnicuiq;ſecundum dignitatem diſtribuens.
Illud tantum ſtude,quod iuſtum eſt.
Iuſtitia in ſeſe virtutes cõtinet omnes.
Non reſpicit iuſtitia miſeros.
Parum curant iuſtitiam, qui regna miniſtrant.
Quę iuſta & recta ſũt pauciſſimi placẽt
Sine iuſtitia impoſſibile eſt habitare ciuitatem.
Seruans iuſtitiæ lucem effugit prolixos ſermones.
Sine miſericordia iuſtitia eſt crudelitas
Tantò quiſque eſt ſublimior,quantò eſt iuſtior.

Vigor iuſtitię ſemper feruidus ſit,nunquam crudelis.

Vulgi & populorũ pax eſt regis iuſtitia.

Iuſtus.

Iuſtus vir pluris faciendus, quàm propinqus.

Iuſtus eſt, qui legibus obtemperat.

Iuſtus habet mores pro legibus.

Iuſtus defendit proximum, tamquam ſeipſum timent.

Iuſti ſæpe pro iniuſtis mortem patiuntur.

Iuſtorum vita totius philoſophiæ continet doctrinam.

Iuſti in correctione modo mites, modo ſeueri.

Indignum eſt iuſtus ab iniuſto iudicari.

Nihil facias,præter iuſtum & ęquum.

Nemo iuſtus niſi amans Deum.

Non qui nõ nocet eſt iuſtus,ſed qui nocere poteſt, & non nocet.

Nequit iuſtus iniuriã facere,nec ferre.

Virtutes amat iuſtus cętera negligit.

Iuuamentum.

Iuuare poteſt, qui nocere poteſt.

Stultum eſt quod prodeſt ſpernere.

Si tenuiorem iuuerit potentior,vtrique melius fuerit & prolixius.

Vltro

Vltro, qui iuuat pauperem, paradiſi ianuam ſibi aperit.
Vt homo, iuuare indignum, non eſt malum.

Iuuentus.

At mens decipitur iuuenum, quæ lubrica ſemper Vnde decus poſcit dedecus inde refert.
Expers iuuentus eſt experientiæ.
Fera bellua eſt iuuenis ſine rectore.
Iuuenis omnia prætermodum agunt.
Iuuenile vitium eſt regere non poſſe impetum.
Iuuenilis ardor impetu primo furit,
Langueſcit idē facile non durat diu,
In Venerem turpem, ceu leuis flammæ vapor.
Iuuenis cuſtodiendi ſunt, ne dicant audiantue aliquid turpe.
Iuuenē tacere magis, quā loqui decet.
Iuuentus corrumpitur, ſi permittatur luxus.
Iuuentus otioſa omni beſtia imanior.
Iuuenes citò matrimonio ſubducendi ſunt.
Iuuentus per ſe ipſam ad ruinam procliuis.
Iuuenis non poſſunt eſſe ſapientes, quia

prudentia requirit experientia quæ indiget tempore.

Nullũ munus Reipublicæ maius, quàm erudire & docere iuuentutem.

Odit ſenectam, amat iuuentutẽ venus.

Premij animis iuuenum accẽduntur ad virtutem.

Potentia eſt in iunioribus, ſapientia in ſenioribus.

Quod in iuuentute adiſcitur, in matura ætate ſeruatur.

Semper eſt lubrica iuuentus.

Superbæ ſunt iuuenum mentes.

Se in ſpeculo intueantur iuuenes, & ſi formoſi ſint digni ea ſpetie fiant, qui autem ſunt diformes, deformitatem eruditione tegant.

Summus animus eſt iuueni, leuiſque mens, ea propter alta cogitans, ſtulta loquitur.

Senectus imperare debet, iuuentus imperata facere.

Sępius flectuntur iuuenum animi.

Sicut in equis ferocibus, ita in vitijs pręclara indoles deprehenditur.

Silueſcit neglecta iuuentus.

Vnum iuuenem cognoris, omnes noueris.

Vi-

Vigor in iunioribus prudentia in ſenioribus eſt.
Vinculum iuuentæ nuptiæ tutiſſimum eſt.

Labor.

Ad vitam rectè gerendam opus eſt labore & vigilantia.
Alij laborant alij fructus aufferunt.
Animos generoſos nutrit & firmat labor.
Alij ſementem faciunt alij metunt.
Capiens laborem non morietur pauper.
Cantando in via labor minuitur.
Dulcis eſt memoria laborum.
Erumna eſt ęgritudo laborioſa.
Ex arduis, & laboribus perpetuum nomen.
E multis paleis parum fructus colligitur.
Fruſtrà corpus abluis indicum.
Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum.
Laborare eos neceſſe eſt, qui volunt eſſe felices.
Laborando excedere, quàm deficere ſalubrius eſt.

Labor aſſiduus theſaurum parit.
Labor omnia dura vincit.
Labor eſt theſaurus hominibus.
Labor gloriæ pater.
Labor tum ad ſanitatem, tum ad omnia vtilis.
Labor facit fortes, ignauia morbidos.
Labor excitat & ſenium citò inducit.
Labores viros, mũditiæ fęminas decet.
Laborandum eſt, vt victus paretur.
Labores cibo pręcedant.
Noli in rebus inutilibus laborare.
Nulla virtus ſine labore.
Nullus labor durus eſt, qui gloriã parit.
Nullus nanque labor dilectos laſſat amantes.
Non fiunt ſine magno labore magna.
Non niſi per labores properatur ad cęlum.
Non ſentitur ſedulitate labor.
Nullus abſque labore viuit.
Non eſt viri timere ſudorem.
Nemo vult incertum laborare.
Non iacet in molli veneranda ſcientia. lecto,
Verũ continuo parta labore venit.
Omnes ea, quæ laborioſè facta ſunt, magis amant.
Om-

Omnium ſcientiarum parens labor.
Obſonij loco labores ſunt viris.
Portus laborum nox mortalibus.
Qui parcè ſeminat, parcè metet.
Qui vult nucleum, frangat nucem.
Quiuis labor leuior fit conſuetudine.
Qui ſtudet optatum curſu contingere metam,
 Multa tulit, fecitque puer ſudauit & alſit.
Qui non laborat non regnat cum Deo.
Qui vitat molam, vitat & farinam.
Qui fugiunt laborem, optãt dies feſtos.
Quicunque recuſat laborem, non feret fructum.
Suauis eſt præteritorum laborum memoria.
Sicut cibus nutrit corpus, ita labor animum.
Tranquillitatem compares laboribus.
Vita humana vti ferrum in otio rubiginatur, in labore ſulget.
Videtur omne opus difficile, antequam tentes.

Lachrimæ.

Afflictis hõibus ſuaues ſunt lachrymę.
Et lachrymæ proſunt, lachrymis adamanta mouebis.

Lachrymas lachrymis miſcere iuuat.
Lachrymæ pænitentiæ ſunt indices.
Lachryme infantium teſtes ſunt noſtrę miſeriæ.
Lacrymæ & vrinæ, ſũnt humidum radicale.
Muliebres lacrymæ condimentum malitiæ eſt.
Nihil lacryma citius areſcit.
Nata eſt mulier ad lachrymas.
Vincit lacryma aliquando inuincibilem.
Verè nihil eſt turpius muliebri fletu.

Laſciuia.

Hic ſincerus amor ſinceros laudat amantes.
Hic laſciuus amor laſciuos damnat amantes.
Laſciuia eſt indecens diſſolutio animi, & corporis, ex intemperantia carnali prodiens.
Laſciuus homo, non homo, ſed fęmina.
Laſciuia corrũpit, & corpus, & mẽtem.
Procedit ex ſola abũdãtia fęda laſciuia.

Læſio.

In vẽto ſcribit lædẽs in marmore læſus.
Ipſe ſe lędit, aliũm qui lędere quærit.

Ma-

Magna eſt virtus ſi non lædis à quo læſus es.
Non ſolum taurus ferit cornibus hoſtẽ, Verum etiam inſtanti lęſa repugnat ouis.
Nec verbo nec facto quique lędendus.
Quæ nobis nocent, nos docent.
Rarò læditur qui non lędit.
Qui hominem lædit contra naturam facit.
Si imbecilior eſt qui te lædit, parce illi, ſi potentior parce tibi.
Tarde de noſtris animi aſſentio cadit.

Lætitia.

Gaudia principium noſtri ſunt ſæpe doloris.
Gaudium verum eſt, quod de creatore concipitur.
In philoſophia eſt verā lætitia.
Lætitia ex propinquo habet luxuriam.
Lætitia ætatem floridam ad ſenectutẽ ducit.
Oderunt hilarẽ triſtes, triſtemq; iocoſi.
Ridendum eſt hilares conuiuæ, amentia magna eſt, Si ſinimus celeres accelerare rogos.
Sola virtus præſtat gaudium perpetuũ.
Solet lætia mentis arcana aperire.

Venit ex opinione lætitia.
Vnquam malum alienum tuum feceris gaudium.

Latro.

Magni latrones paruos affigunt cruci.
Non ſolùm, qui clam, ſed qui palam rapit eſt latro.
Omnes fures ſunt maligni.
Raptoris gaudiũ non durãt in poſteris.
Tam inſidiatori, quàm latroni poteſt afferre iniuſta lex.
Turpe eſt virtutis gloriam ob predam minui.
Violenter eripere peius eſt, quàm clamculò.
Viæ eſt latro, & fur eſt domus.

Laus.

Amicum laudibus quàm te magis celebres.
Clarior latis eſt, quò clarius eſt, quod viceris.
Deforme aliquid eſt de ſe prędicare.
Dignum laude virum muſa vetat mori.
Excitat auditor ſtudium, laudataq; virtus Creſcit, & immenſum gloria calcar hahet.
Laudet te alienum, & non os tuum.
Laudare ſe vani, vituperare ſtulti eſt.

Lau-

Laude trhaimur omnes.
Laudes ſuas quis non libenter audiet?
Laus in ore propria ſordeſcit.
Laudibus humanis virtus non eget.
Lauda parcè, ſed vitupera parciùs.
Laus eſt ſermo ellucidans magnitudinem veritatis.
Laus à conſcientia non à vulgo eſtimanda eſt.
Laus falſa adulatio eſt.
Mirum in modum laus dum vitatur queritur.
Mali laudare non poſſunt.
Nec tua laudabilis ſtudia, nec aliena reprehendes.
Sua cuiuſque laus proprio ſordeſcit in ore.
Turpe eſt frigidè laudare, quàm vituperare.

Lectio.

Alit lectio ingeniũ vt corpus alimentũ.
Lectio, cui benè ſtudetur, facilè intelligitur.
Libros lege, nam ex libris citò diſcitur.
Lectio certa prodeſt, varia verò delectat.
Lectio tum obſcura, tum prolixa ingerit faſtidium.

Lectio frequens eſt memoriæ ſuſtentaculum.
Nō qui plurima legit, ſed qui vtilia ſpetioſus eſt.
Probatos ſemper libros lege.
Sit ipſa lectio temperata, ne perueniat ad laſcitudinem.
Secreta lectio maximum affert fructū.
Student plerique, vt ingenioſi videātur.
Sine vlla delectatione lectionē negligo.
Veritas in lectione amanda eſt, non verba.
Vult eſſe lectio frequens, & aſſidua, non prolixa.

Lex.

Aranearum leges telis ſunt ſimiles.
Bonæ leges ex bonis, & malis moribus procurantur.
Exceptio perfectam legem reddit.
Ius naturale eſt immutabile.
Inter arma ſilent leges.
Lex eſt fundamētum libertatis, & mater iuſtitiæ.
Lex dominari omnibus debet.
Lex eſt emendatrix vitiorum, & virtutis commendatrix.
Lex eſt anima ciuititis.
Lex eſt ratio ſumma inſita in natura,

quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibetque contraria.
Lex virtutib. pręmia, vitij pęnas ꝓponit.
Lex humiles ac tenues cōſtringit à potentibus impunè violaturi.
Nec arma ſine legibus, nec leges ſine armis durare poſſunt.
Obſeruantia legũ ſalus eſt Reipublicæ.
Plus in lege valet ſanctio permiſſione.
Parito legi quiſquis legem ſanxeris.
Puniuntur acriter, qui ſub manifeſta lege peccant.
Qui legibus ſeruit, Deo ſeruit.
Qui peccat ſine lege, ſine lege perit.
Ratio eſt anima legis.
Res grauiores armis, non legibus definiuntur.
Ratio naturalis, iuſtis, ſufficit pro lege.
Secundum leges iudicare, melius eſt quàm ſcientiam. (iudicis.
Sita eſt legum authoritas in ſeueritate
Summũ in regib. bonũ eſt leges colere.
Vti regibus melius eſt, quã malis legib.

Liberalitas.

Liberalis oportet eſſe, ſed pro facultate.
Liberalis dat, & quibus, & quæcunque & quando oportet.
Liberalits beneuolentiam ſibi cōciliat.
Liber-

Liberalẽ fieri diuitem,impoſſibile eſt.
Liberalitate nihil eſt naturę hominum acommodatius.
Liberalitas, & beneficentię regiæ virtutes ſunt.
Propenſior liberalitas in calamitos eſſe debet.
Perfecta liberalitas non eſt iactantiæ cauſa.
Rerum & perſonarum modus adhibendus in liberalitate.
Raptor eſt non liberalis, qui aliena donat.
Si quis vult amari laudari & honorari liberalis ſit.
Vtere liberalitate, quæ nec tibi, nec alteri noceat.
Ver⁹ liberalis nil pręter affectũ quęrit.

Libertas.

Cui dolor,& paſſio ĩperat, nõ eſt liber.
Libertas poteſtas eſt viuendi, vt velis.
Liber eſt, qui facit, quod decet, non quod vult.
Liber eſſe non poteſt deuotus voluptatibus.
Liber eſt, quẽ philoſophia liberũ facit.
Libertas magno emitur, maximo conſeruatur negotio.

Non

Nō bene pro toto libartas vēditur auro.
Nemo liber, niſi ſapiens.
Nulla voluptas ingenijs eſt ſuauior libertate.
Natura oēs homines libertati ſtudent.
Quidquid optimum inter homines eſt libertas eſt.
Qui magni æſtimat libertatem, parui alia ducit.
Vbi eſt inopia ibi eſt libertas.
Vbi regnat luxus diu libertas non poteſt eſſe.
Vera libertas eſt alijs libertatē ſinere.

Libido.

Ciborum ſaturitas libidinem ſuſcitat.
De vētris ſingluuiæ libido naſcitur.
Fęda in cūctis libido, in ſacris fędiſſima.
Libidines tremores manuum, & pedū generant.
Libidinoſa adoleſcentia effetum corpus tradit ſenectuti.
Libido ætatem omnem fædat, ſenectutem extinguit.
Libido homicidas facit.
Luxuria ex temulentia venit.
Namque bonis ſumma eſt victoria vincere carnem.
Per actum libidinoſum homo caleſcit.

Sola

Sola libido malorum fons & origo.
Vincit & ſanctos dira libido.
Vſu libido creſcit, vſu deficit.
Vſus, colloquium, pulcritudo libidines mouent.
Venus mel in ore, fel in corde, aculeum in dorſo.
Verę glorię guſtum libidinoſi, auari, facinoroſi minimè ſentiunt.
Viuentes luxuriosè ſenes fieri non expedit.

Licentia.

Cui licet quod eſt plus, licet vtiq; quod eſt minus.
Deteriores ſimus licentia.
Diſcentionem autrix eſt licentia.
Licētia in dicēdo ingenuitats eſt ſignū.
Licentia niſi coerceatur parit audaciā.
Licentia per leges compeſcitur.
Per licentiam mali in dies fiūt peiores.
Pueros effæminat nimia licentia.

Lingua.

Arcana vt celes claudenda eſt lingua ſigillo.
Eſt malum docta lingua peſtilens.
Frænum impone vbique lingue.
Improba lingua nihil eſt pernitioſius.
In lingua habere robur muliebre eſt.

Lin-

Lingua tertia multos deſtruit.
Lingua licet mollis frangere dura pōt.
Lingua eſt optima, & peſſima.
Lingua orans vera dicit.
Linguæ, ventri, pudendis temperandū.
Lingua in conuiuio præſertim eſt retinenda.
Ne lingua præcurrat mentem.
O lingua ò lingua, vt particula ſcū parua ſis, magnum, ſi frenum abſit efficies malum.
Quis minor eſt aūt, quā tacuiſſe labor.

Lis.

Genus humanum ad contentiones natum.
Iuſtus aduocatus iuſtas cauſas accipit.
Infelix litium exitus.
Litigioſus nodum in buro querit.
Lites maiorum ſępe minores cōponūt.
Lites pendere diu vindemia quædā eſt.
Lites tranquillitatem adimere ſolent.
Lites aut nullas habeatis, aut quam primum finiatis.
Lis iuſta, infantia ſtultitiaſuè patroni aliquando ſuperatur.
Minimus bona in cauſa vincit maximum.
Negotioſa & laborioſa res eſt litigarè.

Nihil viro bono magis conuenit, quàm ciuiibus controuerſijs abeſſe.
Opinionum diuerſitas eſt cauſa litis.
Occupationibus cauſarum agitatus, debet ad aliquem habere refugium.
Religioſis indignum eſt de terrenis litigare.
Res parua magnam ſæpe litem creat.
Sumtus litis eſt maior, quam ſententiæ fructus.
Vrbes beatæ, lis miſeras facit.
Vitare debet litigium, qui diuitiarum non eſt compos.

Littere.

Aſq; litteris omnia ſunt incompta.
Homine imperito nunquam quidquem iniuſtius.
Litterarum expers non videt videns.
Literę & voces non ſunt eadem, animę paſſionis ſunt eadem.
Litteræ res ſecundæ ornantur, aduerſæ adiuuantur.
Literę non placent ſtultis.
Maior ſit tibi cara litterarum, quàm pecuniarum.
Nihil eſt dulcius otio litterarum.
Ornamenta maxima ſunt, & ſolatia litteræ.

Qua-

Qualis mundus abſque ſole, talis homo ſine litteris.

Qui litteras nouit fit longè prudentior.

Si non eſſent litteræ, omnia iacerent in tenebris.

Sapientiam in litteris indoctus inuenit.

Veriſſimum alimentum ſunt artes & litteræ.

Loquacitas.

Apud verboſum, pręter linguam, nihil inuenies.

Abſtinendũ eſt à comertio garrulorũ.

Auaritia quædam eſt omnia velle dicere, & nihil audire.

Cõtra verboſos noli cõtendere verbis.

Effectu caret loquacitas, taciturnitas non caret.

Eijcito è tecto hyrundines, garrulitatis ſymbolum.

Garrulitas mendacij, & ſtultitiæ argumentum.

Loquacitas caret effectu, taciturnitas verbis.

Loquacitas ſenectuti familiaris.

Linguoſus vir amat mendacia.

Muti canes mordent, timidi latrant.

Nimis loquentibus ne credas.

Non poteſt multa abſque errore dici.

Vnum os, vt pauca loquamur, duos aures, vt multa audiamus, natura dedit.
Viri eſt corona deorum ſilentium.
Vbi eſt garrulitas ſolet eſſe maledicentia.

Locus.

Amænitas animos effæminat nimia.
Aduerſos homines præ potẽtes, & graues tenuibus animos tempus addit & locus.
Diſtantia loci non ſeparat amicitiam, ſed operationem.
Incommoditas & anguſtia locorum migrationem parit.
Multũ ad trãquillitatem locus confert.
Non faciunt loca viros honoratos, ſed viri faciunt loca.
Omni loco benè viuere poſitum eſt.
Primum continens eſt locus, quod in nullo corpore continetur.
Platea ad inuicem fallendum eſt auaritiæ locus deſtinatus.
Saluber locus eligendus, non tantum corpori ſed animo.
Veteres inquilinos indulgentia loci, & conſuetudo detinet.

Locutio.

Audito multa, loquere pauca.

In-

Inter loquendum non eſt agitanda manus, eſt enim vecordiæ ſignum.
Noli citò loqui, eſt enim īſaniæ iudiciū.
Niſi interrogatus loquere coram te ſapientiore.
Nulla eſt locutio prolixa, cum res ordine proferuntur.
Qui loqui neſcit, tacere non poteſt.
Sermo dicentis non interrumpendus.
Tempus loquēdi nouit, qui nouit loqui.
Vitium ſermonis in lingua eſt, facti vero in animo.
Viue moribus præteritis, & verbis vtere præſentibus.

Lucrum.

Ad ſuum quemque lucrum æquum eſt eſſe calidum.
Auarus animus nullo ſatiatur lucro.
Damnum potius, quàm turpe lucrum eſt eligendum.
Ex lucri ſpe, laboris fit ſolatium.
In tenui ſpes nulli lucri eſt.
Lucrum, ſine alterius damno, fieri non poteſt.
Magnitudo vbi expectatur queſtus, deficit fides.
Non eſt quærendum lucrum in rebus diuinis.

Omnia difficilia facit iucũda lucri ſpes.
Odor lucri bonus eſt, ex re qualibet.
Omnes homines ad ſuum queſtum calent.
Omnis homo lucri cupidus eſt.
Queſtum facilè negligit generoſus animus.
Qui quærit lucrum neceſſe eſt facere ſumptum.
Superat queſtum aliquando ſumptus.
Viros ſæpe lucrum perdidit.
Vel cõſanguineus, fit ob lucrũ improb.
Vita mercatorum eſt laborioſa.
Vltranææ vileſcunt merces.
Vnicum auxilium indigentiæ eſt lucrũ.

Luctus.

Fletus eſt apud multos, ſed fructus nullus.
Femineum eſt plorare, virum decet eſſe modeſtum.
Lugere ſtultum eſt, quæ mutari non poteſt.
Non eſt vlla vtilitas in lacrymis.
Non luctus, ſed remedio opus eſt in malis.
Puſillanimitatis eſt ſignum luctus pro mortuis.
Qui mortuum plorat fruſtrà ellaborat.

Tri-

Triſtitia profert lacrymas, vt arbor fructus.

Vincit aliquando luctus inuincibilem.

Lux.

Homo etſi calamitoſus delectatur luce.

Maius extinguit minus lumen.

Nulla res eſt luce pulcrior.

Putat lucem cæcus veram fælicitatem.

Surgere ante lucem ad omnia vtile.

Vera lux eſt Redemptor noſter.

Magiſtratus.

Ars gubernandi in omnibus tenet principatum.

A publicis functionibus, non ditior ſed celebrior diſcede.

Eſt boni magiſtratus ciuium bona defendere.

In magiſtratu ſis grauis, in diſcendo humilis.

Magiſtratum, quem diu gereris, deponere difficile eſt.

Melius eſt ciuitatem regi ab vno bono ciue, quàm ab optima lege.

Magiſtratuum delicta iudicanda grauius, quàm plebeorum.

Norant ſe homines, qui magiſtratum gerunt.

Non oportet totam noctem dormire, qui

qui populi curam habet.

Nemo idoneus eſt magiſtratui, qui non poteſt diſſimulare multa, preter æquum & bonum.

Non quiuis ad quoduis munus idoneus eſt.

Nullum eſt vitium tetrius auaritia Rẽpublicam gerentibus.

Prætóris eſt nõ ſolum à pecuniæ lucro, ſed oculos à libidinoſo aſpectu continere.

Rempublicam gerenti opus eſt ſemper vigilare.

Sudãdum eſt ijs, qui magiſtratũ gerũt.

Terrena bene regere nemo poteſt, niſi priùs nouerit tractare diuina.

Vir ciuilis eſt *Rempublicam tractare* incipiens *& ad* ciuium mores, & ad naturam *viuat* & ſe commodet.

Vbi *præſes* erit philoſophus illa ciuitas *eſt felix*.

Magna.

Celſitudinem & magnam, naturali appetitu, omnes deſideramus.

Ingens nauis in flumine parua eſt in mare.

In præſtantibus rebus magna ſunt ea, quæ ſunt optimis proxima.

Magnum requirit flumen nauis grandior.
Magna qui ſcitatur, mediocra cõſequitur.
Plus habent ponderis ad ruinã, quæ cæteris ſunt altiora.
Satius eſt vnũ aliquid inſigniter facere, quàm plurima mediocriter,
Sagitta Iouis magna, & altiora ſemper fulminat.

Magnanimitas.

Fortes & magnanimi ſunt, non qui faciunt, ſed qui propulſant imiuriam.
Magnanimus inuidiam, & arrogãtiam effugere debet.
Magnanimus aduerſitates contemnit.
Magis vituperium, quàm periculum metuit magnanimus.
Magnanimus eſt, qui iudicat iniuria ſe affici non poſſe.
Magnanimus circa honores, & dignitates verſatur.
Magnanimus facit ſe notum ignotis, vt honoretur, & ſi non, minimè triſtatur.
Vltionis cupiditas à magnanimis ꝓcul.

Maledicentia.

A maledicentia proximi te abſtine.

Amãs obtrectationem res eſt mulieris.
Aduerſus malitiam detrahendi nihil eſt tutum.
Detractio eſt locutio ex inuidia, bona aliorum denigrans.
Detractio venenum eſt amicitiæ.
Detrahenti inimico nõ eſt credendum.
Peior eſt detractio in nobilibus, quàm in plebeis.
Rerum omnium nocentiſſima eſt maledicentia.
Suſſuronem ex ædibus tuis eijce.
Vilium hominum eſt alij maledicere.

Malum.

Capiẽda rebus in malis præceps via eſt.
Cui boni ſpes eſt futuri, præſens non ſẽtit malum.
Delicta atrocia, atroces pęnas poſtulant.
Exoritur aliud malũ ex magno malo.
Et mel & ſtimulũ in aluearia inuenies.
E bonis duobus prętantius, e malis minus eligendum.
In malis non lamentis, ſed auxilio eſt vtendum.
Leuius fertur malum, quo ingemiſcunt alij.
Libens iuuat miſeros malũ expertus.

Le-

Leuius feruntur mala, quæ non poſſunt eſſe diuturna.
Malum alienum ne feceris tuũ gaudiũ.
Malum in dies gliſcens fit ĩmedicabile.
Malum obrutum reſurgit illico incendium.
Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt.
Memoria facinorum nunquam vacua eſt metu.
Magnum malum eſt ferre non poſſe malum.
Malum eſt facile bonum difficile.
Malis mala alia ſuccedunt.
Malum quod cauere poſſis, ſtultum eſt admittere.
Malum vnum eſt cauſa malorum.
Malum, quod nemo videt, nemo arguit.
Heu patior telis vulnera facta meis.
Nõ ſunt faciẽda mala, vt eueniãt bona.
Nil eſt malum, in quo non ſit quidquam boni.
Narratio malorum conſolatio eſt.
Omne malũ naſcens facilè reprimitur.
Plus publico grauat malum priuatum.
Quod tegitur maius creditur eſſe malũ.
Suauis eſt præteritorum malorum memoria.

Sæpe peſſima pro optimis amplectuntur.
Tria mala æqnè nocent ſterilitas, morbus, vicinitas mala.
Turpia ſunt hominibus mutua mala.
Vitatio malorum eſt bonorum principium.

Malus.

Bonis nocet quiſquis pepercit malis.
Corrigere naturam malam difficile eſt.
Difficilè imperas malis facilè bonis.
Flagitioſorum turpis eſt exitus.
Fies malus malorum contubernio.
Fugendum malorum commertium.
Homines malos plerunque mors ante occupat, quàm vitæ criminum pænitentia.
Homines mali beneficia, extimant illis tribuere, in quos maleficia abſtinent.
Haud oportet malorum miſereri, licet parum delinquant.
In labijs malus probitatem fert, in corde bonus.
Iniqui regnum Dei non poſſidebunt.
In prauum non eſt conferendum beneficium.
Iniqui nemini ſe committunt, alios ex ſe ipſis mentientes.

Ite-

Iteratum facinus non oportet impunitum eſſe.
Impij apud inferos pænas luunt.
Iritati mali grauiùs lędant.
Malus,etſi obeſſe nõ põt, tamẽ cogitat.
Malum vas nunquam frangitur.
Mali pęnis,boni prępmijs sũt prouocãdi.
Mali bene loqui neſciunt.
Mali puniti meliores sũt, quã impuniti.
Mali bonis ſecuriùs viuũt in hoc ſęculo.
Mobilis, & varia eſt ferme natura malorum.
Malos,qui percutit, non eſt crudelis.
Malus ratione veritatis non corrigitur.
Malus ſibi ſimilem quærit.
Malo nodo malus cuneus debetur.
Malum hominem tacendo, quàm reſpondendo ſuperabis.
Maxima pars hominum formidine fuſtis à malefactis retinetur.
Malis malorum copia eſt ſolamen.
Malorum felicitas non eſt diuturna.
Modicum fermentum totam corrumpit maſſam.
Mali facile diteſcunt, paupęrant boni.
Non omnem hominem inducas in domum tuam, multi enim ſunt inſidiæ doloſi.

Nefas eſt fauere malis.
Nec pace nec bello vtilis vir improbus.
Non emendat, ſed peiorat caſtigatiõ improbos.
Perſequendi ſunt improbi, & ſceleſti.
Peruerſi difficilè corriguntur,& infinitus eſt numerus ſtultorum.
Prauus & ſtultus eſt ſibi diſpar, & mane & veſperi.
Paucorum malitia cęteros inficit.
Prauitatis cauſa eſt ignoratio ſui.
Prauus honore non eſt dignus.
Plus aliquando valet improborũ, quàm bonorum fauor.
Quod intus operantur mali, damnant foris.
Quiſquis malum tuetur, ipſe eſt malus.
Quiſque malus primo ſibi nocet.
Qui ſuis malus eſt, cui põt eſſe bonus?
Suo de ingenio alios malos exiſtimant mali.
Semel malus præſumitur ſemper malus.
Tolerandi ſunt mali pacis cauſa.
Vir malus,nulla laceſſitus iniuria,ab amicitia recedit.
Vtitur Deus ad laudem bonorum etiã malis.

Man-

Mandator.

Æque eſt nocens qui mandat, atque is qui facit.

Excitator grauiori pęna dignior eſt faciente.

In iuſtis tantum mandatori obtépera.

Manſuetudo.

Inutilis eſt in improbis manſuetudo.

Manſuetudo ęgre mouetur ad iram.

Manſuetudo regnantibus melior eſt formidine.

Mãſuetudo eſt ſedatio motus iracũdiæ.

Pax & manſuetudo charracteres ſunt animæ piæ.

Quem, nec rancor, nec ira afficit, eſt manſuetus.

Regat manſuetudinem rigor, & manſuetudo rigorem.

Sæpe torporem deſidiæ patiuntur mãſueti.

Vincitur furor manſuetudine.

Vtilis eſt & ſibi, & alijs manſuetus.

Mare.

Ambulatio iuxta mare iucundiſſima.

Fidelis terra, infidele mare, inſatiabile lucrum.

Iucundum eſt mare & terram intueri.

Mare iterum dactilos petit.

Mare nauigare coegit auaritia.
Mare in ſe viua corpora retinet, mortua reijcit.
Præſtat in terra pauperem eſſe, quàm diuitem nauigare.
Tantum diſtant à morte nauigantes, quantum nauis eſt craſſitudo.
Vt mare vẽtis, ſic mens curis turbatur.

Maritus.

Eſt crudelis & iniquus, qui caſtam dimittit, & iniquus qui retinet meretricem.
Qui duxit vxorem iam ſui iuris non eſt.
Senex maritus ſeruus eſt infimus.
Si voles aptè nubere, nube pari.
Senex maritus non ſibi, ſed viciniæ vxorem ducit.

Mater.

Lacte ali materno præſtat infantem, externo.
Mater filij adiutrices eſſe ſolent in peccatis.
Matres plus diligũt filios, quàm patres: ob laborem & certitudinem.
Nullum nomen eſt amantius, & indulgentius, quàm maternum.
Nimia matris indulgentia ſuos effeminat natos.

Quæ

Quę mater filio nimis indulget, hoſtem in ſe nutrit.

Maturitas.

Cum poma fugiunt ſunt gratiſſima.

Nũquam punito, ni priùs reum expenderis.

Non eſt contemnenda mora, quæ fructus afferat vberimos.

Omnia rectè fiunt, cum fiunt tempore ſuo.

Medicina.

Ante languorem adhibe medicinam.

Amara medicina dulcem producit ſanitatem.

Colyrium vnum non medetur omnib.

Et ferrum & ignis ſæpe medicinæ loco eſt.

Eripit interdum, modo dat medicina ſalutem.

Medicina ſimilia ſimilibus, contraria contrarijs aliquando curat.

Non affert ęgris ſemper medicina ſalutem.

Non eſt vlla medela, ſed tantum fugere illam.

Non poteſt oculus curari, niſi priùs caput, nec caput abſque totius corporis medicina curatur.

Omne per contrarium curatur, & per ſimile deterioratur.
Quod ratio nequit, ſæpe ſanauit mora.
Quod potes curare ſomno, ne cures ſcamonio.
Tollere nodoſam neſcit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Temporibus medicina valet, data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent.
Vſus eſt magiſter medicinæ efficaciſſimus.

Medicus.

Animo ægrotanti medicus eſt oratio.
Bonus medicus non pecuniam ſed ſanitatem ægrotanti curant.
Coquus facit ferculum delectabile, medicus vtile.
Cauſam morbi ignorans, non poteſt curare morbum.
Crebra medicorum mutatio deſtruit ſanitatem.
Medicus loquax alter loquẽti morbus.
Medicus malus morbi longitudinem quærit.
Medicus non eſt opus beneualentibus.
Me-

Medicus nihil nociturum in ęgro corpore relinquit.
Multorum medicorum mutatio eſt ægris pernitioſa.
Medicus, vbi ceſſat curare, deſperat.
Medicus vir multis alijs æquandus.
Medici famam aucupantes, animas noſtras negotiantur.
Nulla ars inconſtantior, nec fructuoſior eſt medicina.

Mediocritas.

Ex cõtrarijs extremis mediũ prouenit.
Inter vtrunque tene medium tutiſſimus ibis.
Mediocritas, & medium omnibus in rebus optimum.
Melius cũ hominibus ageretur, ſi paruo contenti eſſent.
Modus in quoque re eſt optimus.
Ne quid nimis.
Omne medium eſt optimum.
Qui mediũ curſum tenet incolumis eſt.
Suus cuiq; modus eſt, tamen magis nimium, quàm parum offendit.
Veſtitus mediocritas optima.
Vbique malũ eſt mediocritate ſecluſa.

Memoria.

Acrior eſt memoria improborum,

quàm bonorum.
Eorum, quæ tantoties intelligimus, citò reminiſcimur.
Firmius in mente manebit, quæ paucis verbis comprehenduntur.
Memoria ſcientiarum, & artium eſt theſaurus.
Memoria & docilitas dicitur ingeniū.
Memoria, & vſus generant ſapientiam.
Menti non chartæ credas, quod ſcribitur arte,
Nam ſi charta cadit ſecum ſapientia vadit.
Memoria excolendo ſicut alia omnia augetur.
Memoria honeſtarum rerum iucundiſſima eſt.
Memoria eſt ſcriba intellectus.
Memoria eſt muſarum mater.
Memoria hebeti, reminiſcentia acuto ingenio magis valet.
Memoria eſt ſignatarū rerum in mente veſtigium.
Memoria in primis oratori neceſſaria (eſt.
Nihil aliud eſt diſcere, quàm recordari.
Nuperime dictam facilè memoriȩ mādatur.
Ne memoriam malorum refrices.

Quȩ

Quę ſummatim dicuntur facilè memoriæ retinentur.
Quæ quiſque didicit puer, meminit etiã ſenex.
Quod placet obliuiſcitur, quod dolet meminit.
Rerũ omnium theſaurus eſt memoria.
Tantum ſcimus, quantum memoriam tenemus.

Mendacium.

Homo mendax non ab hoſte differt.
In puero ingenuo turpe oẽ mẽdacium.
In viro bono non cadit mendacium.
Mendacem memorem eſſe oportet.
Mentienti non eſt habenda fides.
Mendaces non diu fallunt.
Mentiri ſeruile eſt vitium.
Mendacium non veteraſcit.
Mendacium malum vitans, & bonum afferens, conceditur.
Mendacium eſt verborum prolatio cũ intentione fallendi.
Mẽdacium eſt benignitas, cum bonum parit fructum.
Mendaces maximè mentiuntur, cum maximè negant ſe mentiri.
Potior fur, quã aſſiduitas viri mẽdacis.
Potius mendax, quàm crudelis.

Qui

Qui mentiuntur impudenter, ij ſuis re-
refellere ſe ſolent mendacijs.
Quem bilinguem noſti amicum ne tibi
hunc aſceſuto.

Mendicus.

Ex mendicis multi diuites euaſerunt, ex
obſcuris & ignobilibus, clari & illu-
ſtres.
Mendici peram nunquam impleueris.
Mendicus ex vitio non eſt ſubleuãdus.
Mendicitas, ex complextionis vitio, eſt
excuſanda.
Mendicus eſt ſimulacrum miſeriæ hu-
manæ.
Mendicus propter pigritiam non eſt e-
leemoſina indignus.
Mendicus laborem fugiens meretur
humari.
Mẽdicus in otio de labore viuit alieno.
Pia benignitas ſæpe mendicorum alit
luxurioſam ignauiam.

Mens.

Conſcia mens recti famæ mendacia
ridet.
Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus
illo,
Impetus hic, ſanæ ſemina mentis
habet.

Ho-

Homini natura nihil mente præſtātius dedit.
In robuſto iacet, in debili mens corpore viget.
Magna mala ex leuibus vitat mēs prouida ſignis.
Mens curis occupata ad ſuperiora non attollitur.
Mens vna prudēs mille vincit dexteras.
Mens hominis diſcendo alitur.
Mens ratio & conſilium in ſenibus eſt.
Mens reproba coram iudice turbatur.
Mens otioſa nil niſi ventrem cogitat.
Mentes ægras lætis ſtudijs permulceas.
Mente aliquid agitare, potius eſt, quàm quieſcere.
Mens ſedendo, & quieſcendo fit prudentior.
Nil mage debilitat, vel noſtros inquinat artus,
Pectore ſub tacito, quàm mens agitata doloris.
Non opimas hoſtias, ſed puram mentem diuina deſiderat maieſtas.
Nimia gulæ ſaturitas mentis accumen obtundit.
Quem vult Deus perire mente orbat.
Quies mentis in hac vita perfecta eſſe non poteſt.

Sana

Sana mente nihil melius, & corpore ſano.

Vt viſus in oculo, ita mens in anima.

Mercator.

Emptum cum malè eſt, ſemper pęnitet.

In emendo, prior eſt iure, qui prior eſt tempore.

Impiger extremos currit mercator ad Indos.

Per mare, pauperiem fugiens, per ſaxa per ignes.

Proba merx, vel loco obſtruſo, emptorem inuenit.

Vino vendibili, ſuſpenſa hedera nihil eſt opus.

Vltroneæ merces vileſcunt, ſunt in pretio retentæ.

Vendit, & emet mercator alieno ære.

Vltimus dies mercatoris facultates docet.

Viuunt lautè mercatores de alieno marſupio.

Meretrices.

A ſcorto felicius eſt reijci, quã admitti.

Carmine formoſæ, pretio capiuntur auaræ.

Dulcia ſunt meretricum labia, ſed poſtremò abſyntium.

Fu-

Fugiẽdi ſunt lenones, tamquam leones.
Meretrix non virum, ſed marſupium amat.
Meretrix habet ſub veſtimentis retia.
Mel in ore fel in corde geſtant meretriculæ.
Mæcus accuſat mecus, & loripes rectũ.
Meretrix ſimilis eſt mari; quod enim dat deuorat, & nunquam abundat.
Meretrix eſt inferni ianua.
Meretrix corpus & mentem conſumit, & famam denigrat.
Meretrix pecunia priuos ſpernit, & odit amantes.

Meritum.

De quo bene merearis vide, multi enim ſunt, qui accepto beneficio in autoris abuſi ſunt perniciem.
Iuxta meritum plebis, Deus ſolet prouidere de paſtore.
Multorũ merita quatiuntur vnius delicto.
Magna ſunt vitę actiuę merita, ſed contemplatiuæ potiora.
Merita maiorum in natos traijciunt.
Merita noſtra ſunt munera Dei.

Metus.

Aput metuentes falſa pro veris valent.
Color in iratis feruet, in timidis alget.

Crux

Crux eſt ſi metuas, vincereq́ꝫ nequeas.
Metus eſt rationi aduerſa cautio.
Metus minoris mali aliquando maiori malo conſulit.
Metus eſt ſpecies refrigerationis in ſenibus.
Metus malorum abigit ſomnum.
Metus pedibus addit alas.
Nemo facere metuit, quod ſe bene didiciſſe confidit.
Pauor eſt metus mētem loco mouens.
Quod metuis citiùs euenit.
Qui metuunt pallere ſolent.
Quemque fortem grādior facit metus.
Sunt cuſtodes ſufficientes metus, & pudor.
Solent omnes odere quem timent.
Semper timent ob malam conſciētiam mali.
Sapiens nec omnia metuit, nec caret metu.
Timor eſt metus mali propinquantis.
Terror eſt metus concutiens.

Migratio.

Eſt animi mobilitatis ſignum frequens migratio.
Frugū ſemina, mutato ſolo, degenerāt.
Melius eſt migrare cum gratia, quàm ha-

habitare cum diſcordia.
Non conualeſcit planta, quæ ſæpe trãſfertur.
Nõ rubiginatur petra hinc ĩde iactata.
Solet aliquãdo migratio afferre ſalutẽ.
Saxum volutum non obducitur muſco.
Speculandi gratia ſapientes migrant.

Miles.

Bellantibus ſumptum debetur ab ijs, qui in pace ſunt.
Clauſo exercitu, fortes neceſſitate fiũt milites.
Copias innordinatas abſq; ferro viceris.
Cibo vinoque graues ad bellum non ſunt idonei.
Diſcat miles otio, quod poſſit perficere bello.
Exercitus tyronũ, vt hoſtẽ vidit, fugit.
Eſt ſtantium, haud fugentium victoria.
Exercitatus miles eſt ſaniſſimus.
Frumẽto egenus abſque ferro viceris.
Fortis eſt manus ab aratro ad arma translata.
Facilius eſt ad virtutem inſtruere nouos milites, quàm reuocare perterritos.
In prælio plus vſus, quàm vim perficit.
In prelio virtus valet, non copiæ.

In

In prælio mortium mors pulcherrima.
Inter victores numerandi ſunt in prælio cæſi.
Labore florent miles, marceſcit otio.
Luxuria & otio militaris diſciplina ſoluitur.
Miles ducẽ metuens, non metuit hoſtẽ.
Miles animum ſumit ex vultu ducis.
Miles magis metuat imperatorem, quàm hoſtem.
Miles à domo procul eſt præſtantior.
Militibus mors ob oculis verſatur.
Militem nihil minùs decet, quàm cultus molior.
Miles horridus eſſe debet, non auro, ſed ferro celatus.
Melius eſt ſuos armis erudire, quàm alienos conducere.
Nil damnabilius in militia, quàm otiũ.
Nihil præclarè gerit miles, qui mortem in prelio timet.
Nulla fides pietaſque veris, qui caſtra ſequuntur.
Præda iam opulentus miles animum haber domi.
Præſidium domeſticis, quam externis militibus tutius.
Peditatus niſi ordo, ac diſciplina adſit, (eſt inutilis.
Peri-

Pericula belli ſunt militis non ducis.

Pręſtant in ſago alij, & alij in toga.

Pernitioſior eſt hoſtis fugẽtibus, quàm aſtantibus.

Plurimum terroris hoſtibus armorum ſplendor importat.

Pulcriùs eſt militi mortem glorioſam in prælio pati, quam ſalutem in turpi fuga.

Potius moriare, quàm in pugna excedas loco.

Qui victoriam cupit, militem imbuat diligenter.

Saucius euitat pugnã gladiator eſt idẽ. Immemor antiqui vulneris arma capit.

Strenuus eſt miles, qui decreuit in prelio vincere, quàm turpem fugam arripere.

Sit fortior potius miles, quàm grãdior.

Suſpectus eſt omnis miles mercenari⁹.

Spartani militis erat eruditio, parere magiſtratibus, patiens laborum, in prælio aut vincere aut mori.

Sæpe fames expugnat milites, quàm prælium.

Viſo in acie imperatore, accenduntur milites.

Vir-

Virtus modeſtia, & continentia in ſtrenuo milite ſunt.

Minæ.

Nec ſemper feriet quodcunque mirabitur arcus.
Ne cui minitaueris, nam eſt muliebre.
Qui vult offendere non minitatur.
Sunt propriæ minæ impotentium.

Miſericordia.

Etiā feræ iacentem innoxiæ tranſeunt.
Etiam leoni in ſupplices clementia eſt.
Iuſtitia nō eſt iuſtitia ſine miſericordia.
Miſericordiæ genus eſt citò occidere.
Miſericordia eſt ægritudo alterius ex miſeria & laborantis iniuria.
Mortē miſericors ſæpe pro vita dedit.
Miſericordia eſt alienæ miſeriæ in noſtro corde compaſſio.
Miſericordia dei menſuram nō recipit.
Supplicibus miſericors eſto.
Sub prætextu miſericordiæ, non eſt iniuſtè iudicandum.
Sceleſtium non eſt miſereri, licet parum delinquant.
Victis miſereri eſt aliquando bonum, aliquando malum.

Miſer.

Apud chriſtianos, qui facit contume-

liam

liam eſt miſer.
Animus æger turbæ prębet ſpectaculũ.
Bis miſer eſt, qui ſua mala cupit p̃ſcire.
Eſt miſer nemo, niſi comparatus.
Eſt miſerorũ malle, & inuidere bonis.
Facile eſt miſerorum inuidere.
Miſer, miſeriorem aſpiciens, ſuã ęquius fert fortunam.
Miſeris & inferioribus parce.
Nihil eſt miſerius, quàm fuiſſe felicem.
Nemo ſe credit miſerum, licet ſit.
Noli deſpicere miſeros, nam nemo ſit quidquid accidere poſſit.
Non reſpicit iuſtitia miſeros.
Optimè miſerias ferũt, qui abſcundunt.
Repentè miſer fieri generat furorem.
Stultitiæ eſt argumentũ alios irridere.
Succurrere diſcit miſeris haud expers mali.
Tantò quiſq; eſt perfectus, quantò ſentit dolorem alienum.
Tribus probatur compaſſio, beneficijs, paupertate, & morte.
Virum diuitem, quàm pauperem miſericordia decet.

Mobilitas.

Frequẽs migratio eſt mobilitatis ſignũ.
Muliebre eſt animi mobilitas.

Sa-

Saxum ſepe volutum non rubiginatur.
Vbi eſt mobilitas, ibi non eſt fides.

Moderatio.

Moderata omnia & faciunt, & augent, & conſeruant.
Moderata durant immoderata ruunt.
Nec parum nec nimium, modus in rebus optimus.
Nutritur vẽto, vẽto reſtringuitur ignis. Leuis alit flãmas, grãdior aura necat
Pauci in rebus ſecundis moderati ſunt.
Quandoque facilem, quandoque terribilem te præbe.
Quicunq; modũ imperare vẽtri neſcit.
Sit mod⁹ in rebus, sũt certi deniq; fines. Quos vltra citraq; nequit conſiſtere virtus.
Suus cuiq; modus eſt, tamen magis offendit nimium, quàm parum.

Modeſtia.

Amica eſt omnibus modeſtia.
Melior eſt rudis modeſtus, quam peritus improbus.
Modeſtia eſt, ſeruata propria virtute, omnibus iuſtè pièque moribus conuenientibus ſe contemperare.
Modeſtia à modo dicta eſt.
Modeſtiæ comes eſt vrbanitas.

Modeſtiæ radix eſt paupertas.
Modeſtia ſit loco diuitiarum.
Modeſtia eſt omnes operationes citra exceſſum ſiſtere.
Modeſtia fœminarũ eſt virtutũ optima.
Modeſtia eſt firmiſſimus bonorum cuſtos.

Mollities.

Enneruat viros amictus mollis.
Multis diſplicere oportet, qui nimiũ ſibi placet.
Nihil eſt turpius effeminato viro.
Non faciũt molles ad fera bella manus.
Propria mulierum eſt mollities: eſt hominum fortitudo.
Pueros effeminat nimia mollities.

Mora.

Differre honeſtum fuit ſemper nociuũ.
Magnum iræ remedium eſt mora.
Non eſt contemnenda mora, quæ fructus afferat vberrimos.
Nimium properanti quæuis mora eſt.
Pelle moras, breuis eſt magni fortuna fauoris.
Periculum ſemper eſt in mora.
Perpetua cunctatio facit actiones imperfectas.
Securitatem conſilij parat mora.

Sed propera, neq; te venturas deffer in horas.
Qui non eſt hodie cras minus aptus erit.
Temporis dilatio lucrum non affert.
Tolle moras ſemper nocuit differre paratis.

Morbus.

Aduerſus oẽ morbi genus valet inedia.
Cognita cauſa morbi curantur facilius.
Cibi varietas eſt cauſa morborum.
E ventre morborum oe naſcitur genus.
Febris ex humorum putrefactione prouenit.
Infirmitas corporis mẽtis ſobrietas eſt.
In morbis mortis metus, dolor corporis, intermiſſio voluptatis cruciant.
Morb⁹ grauis medicinã grauẽ poſtulat.
Morbos parit plures repletio, quèm fames.
Morbi ex peccatis plerunq; generãtur.
Multos morbos multa pericula fecerunt.
Multorum medicorum uiſitatio ægrotum perdit.
Morbo venienti eſt occurrendum.
Vtere vel medicina, vel dieta ante morbum.

Bo-

Mores

Bonũ producũt fructũ honeſti mores.

Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Sunctis eſto benignus, nemini blandus, paucis familiaris.

Intima per mores cognoſcimus exteriores.

Mores hominum regioni reſpondent.

Mores boni naſcuntur, artis neſcij.

Mores ſequũtur corporis tẽperamẽtũ.

Mores fere ſumũtur à conuerſantibus.

Mos bonus ſtabilior eſt lege.

Omnibus eſto æquus, ad iram tardus, ad miſericordiã pronus, in aduerſis firmus, ĩ proſperis cautus, & humilis.

Pectoribus mores tot ſunt, quot in orbe figuræ.

Pulla prius, quàm alterius intres domũ.

Qui ſapit innumeris morib. aptus erit.

Rebus eò geſtis mores colligas.

Reſpondet ipſis ſępe nomen moribus.

Sera nunquam eſt ad bonos mores via.

Totidem ingeniorum ſunt, quot formæ corporis.

Verba probant bonos mores.

Vinum auſterum potioni, mores agreſtes conuerſationi inepti.

Mors.

Audet & lup⁹ inanimo inſultare leoni.
Charuntis vnda enauiganda eſt omnib.
Contemnere mortem & magnam habebis gloriam.
Eſt immota dies, præfixaq; tẽpora fati.
Eſt locus mortis incertus, ergo omni loco expectes.
Eſt calcanda ſemel via lethi.
Eſt herculeum fortiter mori.
Difficile eſt malè viuere, & bene mori.
In prælio mori mors eſt pulcherrima.
Lupus leoni barbam vellit mortuo.
Latet vltimus dies, vt obſeruetur omnis dies.
Lex vniuerſi eſt, quæ iubet naſci, & mori.
Mortem timere crudelius eſt, quàm mori.
Medela ſummis mors eſt vnica malis.
Mors minus deflenda, quàm natiuitas.
Mors portus eſt humanis tempeſtatib.
Mors rerum, & munerum omnium optima.
Mors eſt perfugium erumnoſæ vitę.
Mors non fugienda, ſed ſæpe petenda.
Mortem ſibi conſciſcere ignaui hominiſ eſt.

Mors

Mors omni ętati eſt communis.
Magis metuit mortem, qui ſuauiter viuit.
Mors miſera non eſt, ſed aditus ad mortem.
Melior eſt mors, quàm vita amara.
Morſq; minus pęnæ, quam mora mortis habet.
Multi abſentem audent mortem contemnere, quæ mox,
Ferret eos verit repræſentata pericli.
Mors eſt vltima linea rerum.
Minus timet mortem, qui minus diuitiarum habet.
Mors eſt erumnarum finis.
Mors eſt munus naturæ neceſſarium iam corruptæ.
Mors terribilis eſt ijs, quorum cum vita omnia extinguuntur.
Mors oĩbus horis & ętatib. eſt parata.
Mors eſt vita noſtra, & mors eſt vera vita.
Mors intrat per feneſtras.
Mors non eſt mors, ſed via vitæ eſt.
Mors non eſt mala, ſed iter ad mortem.
Nulla fuga eſt mortis, parcæ fatalia nentes.

Stamina noſtra ſecant præfixo tempore curſu.

Nihil aliud eſt mors, quam ad cæleſtes ſedes migratio.

Nunquam honeſta mors fugienda, immò petenda.

Nil morte melius homini dedit D.us.

Nil morte certius, & hora mortis incertius.

Nil vitæ breuitate melius.

Nemo poteſt ſibi ne quidem vitæ horam polliceri.

Omne funus eſt accerbum, quod ſuus ſequitur parens.

Optimum eſt de vita exire in ſuarum rerum proſperitate.

Omniũ peccatorũ terminus eſt mors.

Optima quæque rapit dura inclementia fati.

Præſtat mori, quàm turpiter viuere.

Præſtat millies miri, quàm Deum vel leuiſſimè offendere.

Pallida mors æquo pulſat pede pauperũ tabernas, regumque turres.

Pijs ac religioſis viris ſemper dulciſſima mors eſt.

Pereundi ſcire tempus, aſſiduè eſt mori.

Per-

Perpetua eſt mors, à nobis quæ vita vocatur.

Qui parum ſanguinis habet, ad interitum eſt promptius.

Quicumq; ad extremum ſui fati venit, ſenex moritur.

Stipendia peccati mors eſt.

Summa ratio, & ſapientia eſt humanæ neceſſitati parere.

Sapientiſſimus quiſq; æquo animo mőritur, ſtultiſſimus iniquiſſimo.

Somnus eſt dulcis, mors eſt ſomnus, eſt mors igitur dulciſſima.

Sapiens & fortis eſt, quem neque pauderies, neque mors, neque pericula terrent.

Seriùs aut citiùs ſedem properamus ad vnam.

Vltimum terribilium terribiliſſimum eſt mors.

Vtrunque timidi eſt velle, & non velle mori.

Mortuus.

Mortui nemini mordent.

Mortui pęnas rependunt, quas viui effugerunt.

Non nos relinquunt, ſed antecedunt mortui.

Nil defunctorum amicorum commemoratio dulcius.

Non cupiunt laudari mortui, niſi per viuentium conſolationem.

Per planctum vitam mortuus habere nequit.

Sepulturæ pompa magis eſt viuorum ſolatiũ, quàm mortuorum refugiũ.

Moroſi.

Moroſi nihil candidè interpretantur.

Moroſa eſt diſcors vel mortua litigat vxor.

Moroſi valdè ægrotantes ſunt.

Nil moroſorum conuerſatione ſtomachoſius.

Motus.

Motus eſt de contrario, in contrarium.

Motus eſt ex neceſſitate materiæ.

Motus facit calorem, & calor digeſtionem.

Motus poſt prandium eſt nociuus.

Maior eſt dilectatione in quiete, quàm in motu.

Omnia cum mouétur, cum peruenerũt ad proprium locum, quieſcunt.

Poſt cœnam ſtabis, aut paſſus mille meabis.

Quo plus cloaca mota, plus fætet.

Sunt

Sunt extra nos primi motus.

Mulier.

Ad lachrymas nil fęmina procliuius.

Carpit enim vires, paulatim vritque videndo Fęmina.

Dulce formoſam intueri, ſed tangere periculum.

Fæmina eſt vir occaſione natus, & mõſtrum in natura.

Fæminis non eſt fides habenda.

Fęmina ſola poteſt orbem deſtruere totum.

Fęminæ eſt nutrire, maris erudire.

Fucatum & fraudolentum animal eſt fęmina.

Fęmina nihil eſt peſtilentius.

Fęmina eſt homo imperfectus.

Fęminæ omnes minus ſunt animoſæ quàm mares, præter vrſam, & pãtheram.

Fęmina eſt frigidior frigidiſſimo hoĩe.

Fęmina cum par eſſe ceperit, ſuperbior efficitur.

Genus mulierum verſatur circa pulcrum & delectabile.

Gladius ac venenum eſt fęmina, ſe videntibus in adulterio.

Haud vlla eſt cõtra fęminam victoria.

Id ſolum poteſt facere, quod non nouit fęmina.

Intolerabilius nihil eſt, quàm fęmina diues.

Illecebris tam corrumpes fęminam, quàm præmijs.

Ianuam omnibus delictis ebria aperit fęmina.

Muliebris ſexus eſt natura mollis.

Mulieres nolunt vbi velis, vbi nolis cupiunt vltrò.

Maximo periculo cuſtoditur, quod multis placet.

Mulier vinum appetens ianuam virtutibus claudit, vitijs aperit.

Mulieres in ſeſe habent ſtudium vanæ gloriæ.

Mulier propter virum eſt formata.

Mulier nec alios videre, nec ipſa videri debet.

Mulier dicitur à mentis mollitie.

Non fęminam aurum exornat, ſed boni mores.

Nocte latent mendæ, vitioque ignoſcitur omni.

Nulla eſt tam bona mulier in qua non ſit, quod non conqueraris.

Nihil eſt tã difficilius cuſtoditu, quã fęmina.

Nulla

Nulla ſatis pudica de qua quæritur.
Picta fuco, vix pudica, immò impudica.
Paruas occaſiones gariendi fęmina ſumit.
Punienda nō eſt fęmina pregnans. (nat.
Pulcritudo feminā, fortitudo virū or-
Pulcra citò adamatur; fęda facilè concupiſcit.
Qui poteſt vitare fęminam vitet.
Rarior eſt fęnice optima fęmina.
Senibus, & iunioribus nulla melior eſt ſalus, quàm fæminis carere.
Sexus muliebris rectè olet, cū nihil olet.
Silentiū grande ornamentum fęminis.
Sordata eſt mulier argentata.
Superba res eſt formoſa mulier.
Vinum & mulieres faciunt apoſtatare ſapientes.
Vel te ardenter amat, vel te capitaliter odit Fœmina tu prudens, ſua dū conſortia temnis.
Varium & mutabile ſemper fœmina.
Viri eſt acquirere, mulieris ſeruare.
Venenum eſt, & aſpidis male mulier.
Vt materia formam, ità fęmina appetit marem.

Multitudo.

Multæ manus onus leuius reddunt.

Multitudo minus ſubiacet corruptioni.
Multitudo nimium magna, non poteſt recipere ordinationem.
Multa modica faciunt vnum ſatis.
Non facit ver vna hyrundo, nec canus vnus ſenem.
Qui multitudini placet, ſapientibus diſplicet.
Seruit humiliter multitudo aut ſuperbè dominatur.
Turba multa melius iudicat, quã vnus.
Voluntatis inſtabilis eſt ſemper multitudo.

Mundities.

Lotio poſt menſam tibi confert munera bina Mundificat palmas, & lumina reddit acuta.
Mundus eſto, tum corpore tum animo.
Mondities & ad ſanitatem & ad animum confert.
Si fore vis ſanus ablue ſępe manus.

Mundus.

Mundus ratione non cauſa adminiſtratur.
Mundus eſt inimicus ijs, quos beatos facit.
Mundus amaram potionem ſuis delectatoribus propinat.

Mun-

Mundi huius diuites, & ſuperbi experiuntur in fine vanitates fuiſſe.
Mundi amicitia fornicatio eſt.
Mundus hic velut carcer eſt.
Mundus eſt diligendus, & odendus.
Sapiētia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum.

Munus.

Apud Deum non muneris quantitas, at cordis humilitas petitur.
Hoſtium munera, non ſunt munera, ſed doli.
Munera crede mihi placant homineſq; Deoſque, Placantur donis Iuppiter ipſe datis.
Non ſunt reijcienda inſignia munera diuum.
Offendunt nunquam thura preceſque Iouem.
Parua dona leues capiunt animos.
Xenia & dona excęcant oculos iudicum.

Muſæ.

Dona Deum muſæ, vulgus procul eſſe profanum.
In animis laborioſis habitant muſæ.
Non lata currere muſis eſt data via.
Nemini enim dabitur gęſtare coronā,

Pie-

Pieridum choreas teneris, niſi norit ab omnis.
Via quæ ducit ad muſas dumoſa erta & laborioſa eſt.
Vendũt immortalitatem muſæ labore.

Muſica.

Anima delectatur muſicis melodijs.
Bene pſalere, & malè viuere, Deo abhominabile.
Enneruant animos chytare, cantuſque lyræque.
Effæminat viriles animos muſica.
Muſica eſt potens lætificare hominis.
Muſica nec militis, nec philoſophi eſt.
Muſicis cantibus animæ cibantur, & ſedantur.

Mutatio.

Abeunt omnia vnde orta ſunt.
Conuerſio noſtra ſemper inueniet Deũ paratum.
Dulcia quandoque amara fiunt.
Haud tranſeundũ eſt illicò ad cõtrariũ.
Non conualeſcit planta, quæ ſępius trãſfertur.
Nunquam eſt ſera vitæ mutatio.
Quæ olim clariſſimæ fuerunt vrbes, nunc nihil ſunt.
Quæ nunc ſuperbiunt aliquãdo cadent.

Re-

Repentina omnis mutatio vehementer lædit.
Suſtinæ fortunæ mutationem,& ſecundum fluuium nauiga.
Vindex inſolentiæ humanæ eſt rerum mutatio.
Vitæ ſalus eſt malorum morũ mutatio.

Natura.

Difficilimum eſt vincere naturam.
Difficile eſt ſuam effugere naturam.
Etiam leones ad galli cantus tremunt.
In nobis ſunt omnium artium naturæ ſemina.
Ius naturæ apud probos plus valet, quã leges.
In natura nihil eſt ſuperfluum.
Mutare naturam res ardua eſt.
Meliora sũt,quę à natura,quam ab arte profecta ſunt.
Natura dat vnicuique, quod ſibi congrum eſt.
Naturalis concoctio eſt diductio quædam eius,quod concoquitur,in concoquentis ſubſtantiam.
Non attinet naturæ repugnare, nec ſequi,quę obtinenda non poſſunt.
Natura ſemper tendit ad melius.
Natura non deficit in rebus neceſſari.

Na-

Natura omnes, ea, quę bona videntur, ſequuntur, fugiuntque contraria.

Nil fruſtra natura facit.

Natura moleſtum fugit, iucundum appetit.

Naturę ſequitur ſemina quiſque ſuę.

Natura non docuit vſus carnium.

Natura fratres omnes fecit pares.

Natura hominem inchoat, ſapientia perficit.

Nunquã rectè cancrũ ambulare facies.

Natura omnes doctrinas ſuperat.

Natura duce, nemo errare poteſt.

Natura neminem cogit peccare.

Naturaliter multa fiunt, quorum ratio latet.

Natura homines oẽs ęquales genuit.

Natura omnis homo ſcire deſiderat.

Omnis natura eſt conſeruatrix ſui.

Pard⁹ naturaliter maculas nõ deponit.

Quod eſt natura immobile eſt, & vbiq; eandem vim habet.

Quod natura eſt extrudi non poteſt.

Quidquid homini naturaliter eſt inſitum, eo vti debet.

Ratione omnia mollitur natura.

Rem nobiliorem in loco nobiliori natura collocauit.

Sunt

Sunt in noſtris ingenijs omnium virtutum ſemina.
Tres ſunt naturę facultetes, generatrix autrix, & altrix.
Vnum quodque naturaliter fertur in proprium locum.

Neceſsitas.

Aduerſus neceſſitatem ne dij quidem reſiſtunt.
Aliquando geminat virtutē neceſſitas.
Bellare cogit & per brumā neceſſitas.
Cuncta experiri cogit neceſſitas.
Expugnat pudorem neceſſitas.
Fortiſſima rerū omniū neceſſitas eſt.
Humanæ imbecillitati efficaciſſimum duramentum eſt neceſſitas.
In neceſſitatib. omnis ſenex eſt iuuenis.
Non patitur legem neceſſitas.
Neceſſitas eſt artium eſt ſcientiarum mater.
Neceſſitas ferijs caret.
Neceſſitas frangit ferrum.
Neceſſitas quod poſcit, ſi non datur, eripit.
Neceſſitas omnia docuit.
Neceſſitas etiam timidos fortes facit.
Neceſſitas quod non habet aliunde ſumere cogit.

Ne-

Neceſſitas facit induſtriam.

Nulla res neceſſaria turpis eſt hīnibus.

Neceſſitas mater eſt omnium humanarum operationum.

Sæpe rem ſuam plus hoſte vaſtat trux neceſſitas.

Seruitus eſt, omne quod neceſſitate fit.

Tempore neceſſitatis omnia communia ſunt.

Vir fortis facit de neceſſitate virtutem.

Volenti neceſſitas non eſt.

Veram neceſſe eſt alteram partem cōtradictionis.

Negata.

Mitimur in vetitū ſemper, cupimusq; negata.

Quò minus eſt ſpes, hoc magis ille cupit.

Res negata confeſtim voluntatem expergiſſitur.

Victus negatus famem excitat.

Negligentia.

Negligentia corrumpit animum, diligentia comparat diuitias.

Negligentia eſt ſtudio perinimica.

Negligere eſt ſatius, perdere quod nequeas.

Negligentia naſcitur ex re benè geſta.

Negligentia quæ obſtulit diligentia reſtituit.

Obliuionis negligentia eſt mater.

Omnes in minimis ſumus cauti, in maximis negligentes.

Perdes maiora, parua ne retinueris.

Qui negligit puſilla, magna deſtruit.

Qui ſpernit modica, paulatim decidit.

Turpiſſima eſt iactura, quæ fit per negligentiam.

Vitanda eſt negligentia pigritiæ mater.

Negotium.

Domeſtica negotia tibi curanda ſunt, non aliena.

In periculoſo negotio non eſt dormiendum.

Negotiorũ exitũ ſpectẽt, qui inchoant.

Nemo ſic diligenter aliena, quàm ſua curat negotia.

Omnibus in negotijs, & rebus, priuſquã ingrediaris, adhibenda eſt præparatio diligens.

Quo pautiora tractas erres rariùs.

Sepe oportet commetiri cum tempore negotium.

Nobilitas.

E ſquilla non poteſt naſci roſa.

Et genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.

Ille verè clarus & verè nobilis, qui vitijs non ſeruit.

Ingenuitas tendit ad pudorem.

Imagines maiorum ad virtutes accendunt.

Melius eſt de contemptibili genere clarum, fieri, quàm de claro genere cõtemptibilis naſci.

Non genus nobilitat hoīem, ſed virtus.

Nulla nobilitas, quàm non alit virtus.

Nobilitas duplex corporis & animi.

Nobiles inertes ſub maiorum vmbram delitent.

Nobiles miuùs puniũtur quã ignobiles.

Nobilitas & diuitię ſunt ſeditionum fontes.

Nobilitas eſt virtus in paucis.

Nobiliora sũt, quę paucioribus indigẽt.

Nobilitas pecorum in bono & valido corpore ſita eſt, hominis autem in virtute, & bonitate.

Nobilitas eſt à quo genus incipit.

Pulcherrima nobilitas, quam quiſquè proprijs virtutibus ſibi conciliat.

Pulcrius multò parari, quàm creari nobilem.

Quantò nos ſuperiores ſumus, tantò ſubmiſſiùs geramus.

Quid

Quid prodeſt nobilitas in prauis morib.
Superbia commune nobilitatis malum.
Sanguinitas ingenua etiam inter anguſtias riſplendit.
Temperies bona corporis & animi eſt nobilitas vera.
Vituperium magis, quàm periculum timet vera nobilitas.
Vnicus heroicus vir totam illuſtrat familiam.
Vel virgæ vmbra regitur equus nobilis.
Vir optimus nunquam fuerit ignobilis.

Nocumentum.

Æquè eſt nocens qui mandat, atque is qui facit.
Haud eſt nocens, non ſponte nocens.
Homo naturæ obediens nocere non poteſt.
Impudenter, qui nocere cæteris aſſueuerit, Nullus illum ſubleuatum in aduerſis volet.
Magna virtus eſt ſi cui nocere poteſt, & non noces.
Nocere facile eſt, prodeſſe difficile.
Proprium ſtulti eſt non poſſe, & velle nocere.
Qui alijs nocent, alios docent.
Serua nocentem, ab eo damnari ſi vis.

Ti-

Timet innocentem, qui nocentem pertulit.
Vim qui inferre parat cupidus certuq; nocēdi, fruſtra illū ratione premas, aut iure repellas.
Vitat natura omne nociuum.

Nouerca.

Eſt infamis, qui liberis ſuis nouercam ſuperinduxit.
Mirum ſi nouerca non eſt inimica priuignis.
Nunquam duplica cōnubia laudauero.
Pater eſt miſerimus, qui inducit filio nouercam.
Vipera eſt nouerca priuignis.

Nox.

In nocte dies in die nocte deſideratur.
Nox contemplationi aptiſſima.
Nox ob quietem eſt data mortalibus.
Nocte ne vageris, nam ferarum eſt.
Nocte latent mendæ, vitioque ignoſcitur omni.
Portus laborum nox mortalium.
Sub nocte omnia ſunt ſuſpecta.
Surgere de nocte ad ſanitatem & ſtudia prodeſt.

Nuntium.

Culpa caret quiſquis mandata perficit.

Opta-

Optatum nuntiũ quiſquis audire cupit.
Semper affert aliquid noui Aphrica.

Nuptiæ.

Expertam moleſtiarum, vitam habebis abſque nuptijs.
Nil ait eſſe prius, melius nil celibe vita.
Primæ nuptiæ ſunt meliores, quàm ſecundæ.
Qui cupit vxorem, litem cupit atque dolorem.
Qui fugit vxorem, litem fugit atque dolorem.
Qui vxorem ducit fit ex libero ſeruus.
Vxorẽ funerare ſatius eſt, quã ducere.
Vetus eſt bellum inter ſocrus, & nurus.

Obedientia.

Obediẽtia ſubditorũ eſt vrbis felicitas.
Obediens in grauibus mitiùs punitur.
Obedientia omnibus rebus præſtãtior.
Obedientiæ dilatio oſtendit hominem culpabilem.
Verus obediens mandatus non procraſtinat.
Vir obediens victoriam accipiet.

Obliuio.

Obliuiſci eorum, quę quis fęde fecit, bonum eſt.
Obliuio exitus eſt memorię.

Obli-

Obliuio non fit repente, ſed paulatim.
Obliuio quædam bona eſt, quædã mala.
Rerũ inrecuperabiliũ eſt iuſta obliuio.
Verè ſapientis eſt ineptiarum obliuio.

Obſcuritas.

In obſcuris oportet vti apertis teſtimonijs.
In obſcuris vereſimiliora ſequãda ſunt.
Ne Apollo quidem talia intelligeret.
Obſcurus fio, dum breuis eſſe laboro.
Tenebræ videndo non videntur.

Obſequium.

Exitium natis parit indulgẽtia patrum.
Obſequium tigreſque domat tumidoſq; leones,
Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit.
Obſequío mitigantur imperia.
Obſequium amicum præcipitem ferre ſinit.
Qui accommodat peccanti obſequium, peccat.
Summam gratiam obtinet, qui diligenter obſequuntur.

Obſeſſio.

Obſeſſio bifrons hoſtem cadere facit.
Omnia incommoda affert hoſtilis obſeſſio.

Obſeſ-

Obſeſſio plerunque ſunt metu & incommodis ſemiuiui.
Sępe obſidetur arctè, qui alterum obſidet.
Spe ſubſidio amiſſo, obſeſſi animo concidunt.
Sui excidiũ prouocat obſidio pertinax.
Vigilantia obſeſſi ducis ſtrenuè ſuſtinet obſidionem.
Vana incępta hoſtilia reddit dux obſeſſus vigilans.

Obſtinatio.

Contumacia redargui non poteſt, niſi exemplo.
Obſtinati in ſuo ſenſu peſſimi ſunt.
Pertinaces plus de ſe, quàm ſunt, ſentiunt.
Pertinacia non ſinit hominem corrigi.
Tres ſunt ſpeties obſtinationis. Prima eſt eorum, qui ex correctione non proficiunt. Secunda eorum qui ex commotione deteriores fiunt. Tertia eorum qui emendationem promittunt, & non faciunt.
Vitandus pertinax ſermo in ſermone familiari.
Voluntas obſtinata peccandi eſt cordis impęnitentia.

Occaſio.

Aduerſus hoſtes nulla prætereunda eſt occaſio.

Dum licet, & ſpirant flamina nauis eat.

Fugit & peccatum, qui fugit occſionē.

Fugit occaſio dum contenditur.

Legendi occaſio ſemper eſt, audiendi minimè.

Magiſtra rerum omnium eſt occaſio.

Mon minus loci, quàm tēporis poteſt. oportunitas.

Occaſiones reſpuunt moram.

Occaſio amiſſa nequiquam quæritur.

Occaſio rerum omnium autrix.

Occaſio non expectat pigritiam & tarditatem.

Occaſione dimidiū negotium conficis.

Occaſio in prælio plus valet, quā virtus.

Periculum eſt ignem admouere ſtupis.

Præſentē mulge, fugientem quid inſequeris?

Qui non vult cum poteſt, nō poterit cū volet.

Tollendi eſt prorſus mali occaſio.

Temporibus medicina valet, data temqore pro ſunt.

Et data non apto tēpore vina nocent.

Oc-

Occupatio.

Ira occupatus omnia temere facit.
Occupatus nihil rectè exercitat.
Qui vilibus opificibus eſt occupatus, virtutem exercere non poteſt.
Terrenis occupatus cæleſtia perdit.

Odium.

Miſera res inter domeſticos odium.
Nō poteſt Deum amare, qui hominem odit.
Odium omnibus modis fugiendum eſt.
Odio habeant peccata, non homines.
Odium eſt ira inueterata.
Odium tenebrat conſcientiam.
Proffeſſa perdunt odia vindictæ locum.
Peiora ſunt tecta odia, quàm aperta.
Quem metuunt oderunt, & perire deſiderant.
Qui hominem odit Deum non amat.
Qui corrigit non odit, ſed potius amat.
Qui ſe inuicem nimis ſe amauerint, accurrente diſcordia, maiori odio ſe proſequuntur.
Sine cauſa odium intolerabile eſt.

Offenſio.

Corrumpunt multi, atque hominem de pectore delent Offenſis ſua ſæpe nonis benefacta priora.

Offenſiones virum probum probant.
Offenſio eſt tenex, benefactorum obliuio facilis.
Sicut boni per offenſiones meliores exiſtunt, ita reprobi, de beneficio peiores fiunt.
Si iratus eſt malus grauiùs offendit.

Officium.

In familia benè inſtituta oẽs in officio (ſunt.
Nulla vitæ pars vacare officio debet.
Nulla laſſitudo officiũ impedire debet.
Officium eſt virtutis actio.
Probo homini officij intermiſſio nulla (eſt.
Qui officium inſequitur eſt optimus.

Opinio.

Bona opinio facit videre verum.
Infinitos perdidit opinio.
Opinio eſt iudicare ſe ſcire quod neſcit.
Perturbant homines non res ipſæ, ſed rerum opiniones.
Parit lites opinionũ diuerſitas.
Veritas apud ſe vincit, opinio apud ex-(teros.

Opus.

De fructu cognoſcitur arbor.
E cantu dignoſcitur auis.
In præſtantibus rebus magna ſunt ea, quæ ſunt optimis proxima.
Nihil eſt tam difficile, quin quærendo

inue-

inueſtigandoque aſſequi poſſit.
Opera magis ſuadent, quàm verba.
Opera eſt accio, & opus eius fructus.
Oẽ opus difficile videtur antequã tẽtes.
Opus bonum fit, nõ timore, ſed amore.
Pulcrum opus artificem laudat.
Vnum pro cũctis fama loquetur opus.
Vnuſquiſque pro opere ſuo mercedem accipit.
Viribus æſtimatis ſubibis onus.

Oratio.

Artificioſa oratio ſtultos, & non ſapiẽtes flectit.
Adhibe ſtateram locuturus.
Auribus moleſta prolixior eſt oratio.
Ante Deũ ſtãtes ne ſitis corde vagãtes.
Ars oratoria, & militaris homines in ſummo dignitatis gradu collocat.
Frequens oratio oĩa extinguit peccata.
Flectitur iratus voce rogante Deus.
Interpres mentis eſt oratio.
Nihil eſt tam horridum, quod oratione non ſplendeſcat. (linguæ theſaurum.
Nihil oratione melius, ſi parcè premas
Oratio mollis frangit iram. (verbis.
Oratio dẽt eſſe ornatior ſentẽtijs, quàm
Orationis expedita breuitas eſt proba.
Oratio eſt moleſtiæ medicamentum,

Orationi breui multum eſt ſapientiæ.
Orandum eſt, vt ſit mens ſana in corpore ſano.
Oratio cęli portam aperit.
Oratio ſit grauior & vtilior, quàm elegantior.
Oratio feruidam mentem requirit.
Oret vir nudato capite, mulier velato.
Oratio ſecretum amat.
Qui vult cum Deo eſſe frequẽter orat.
Quęrẽdus eſt nõ tã copia, quã modus.
Sunt ibi mores laſciui, vbi eſt laſciua oratio.
Si cor nõ orat in vanum lingua laborat.
Simplex oratio eſt veritatis fons.
Sermo durus ſuſcitat furorem.
Sæpe Deus nõ exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad ſalutem animæ.
Vita loquẽtis melius ſuadet, quã oratio.

Orator.

Ad audiendum intelligentiam quiſque debet orare.
Ars oratoria ſuadet, & non docet.
A facillimis ordiri debet orator.
Breuitas laus eſt in aliqua parte dicẽdi.
Dicendi aſſiduitas alit audaciam.
Dicendi peritus dicendi tempus nouit.
Grata, quàm vtilia dicere, difficilius eſt.

In vniuerſa eloquentia laudem non hēt.
In oratore perfecto ineſt omnis philoſophorum ſcientia.
In oratore acumen dialecticorū, ſententiæ philoſophorū, memoria iuriſcōſultorum, verba poetarum, vox tragedorum, geſtus pene ſummorum actorum eſt requirendus.
Nihil in hominum genere rarius perfecto oratore.
Non lingua verùm corde quiſque debet orare.
Orator triſtitiā atq; ſeueritatē mitigat.
Orator eſſe non poteſt, niſi ſit bonus.
Orator de iniquis æqua, de equis iniqua facit.
Oratoris officium eſt dicere ad perſuadendum accommodatè.
Oratorem iraſci minimè decet, diſſimulare non dedecet.
Orant ſapientes græcè, ſtulti iudicant.
Orator nec ſemper ſuadet, nec medicus ſemper ſanat.
Oratoris boni mores plus perſuadent, quàm oratio.
Præclara geſta præclaris indigent oratoribus.
Quot oratorum genera, totidem orationis ſunt.

Quantò quis maximè dicit, tantò facultatem dicendi timet.
Spectāda eſt magis oratio, quā orator.
Vetuſtatis exēpla oratori nota eſſe dēnt

Ordo.

Antequam mactaris caue, ne excories.
Ante barbā ſenex velle dicere ſtulti eſt.
Bonum vniuerſi conſtat in ordine.
Egreſſurus domo, quid agendum, cum redieris, quid egeris reputato.
Nihil pulcrius, nihil orbi vtilius ordine.
Ordo eſt pater, & mundi conſeruator.
Ordo eſt digeſtio, & in ſuo loco cuiuſcunque rei collocatio.
Ordo omnibus in rebus eſt ſeruandus.
Ordine parua creſcunt, & ſine magna dilabuntur.
Ordo difficilia facilia reddit.
Sine ordine militia inutilis eſt.
Series eſt rerum quædam continuata progreſſio.

Ornatus.

Exterior ſuperfluitas eſt interioris vanitatis ſignum.
Neglecta decoris cura plus placet.
Non faciunt equum meliorem aurei freni.
Ornatus eſt mulieris, eſt viri fortitudo.

Orna-

Ornatus mollis effeminat viros. (tur.
Sola inani gloria prętioſa veſtis quæri-

Otium.

Æquè errodit bonos Momus ac malos.
Cernis vt ignauum corrumpunt otia corpus.
Vt capiant vitiũ, ni moueantur aquę.
Ferrum per pacem ſplẽdorem amittit.
Fertilis aſſiduo, ſi nõ renouetur, aratro,
Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.
Luxus & ocium in iuuenibus ſtultitia in ſenibus crimen eſt.
Mens otioſa nil niſi ventrem cogitat.
Nihil eſt dulcius otio litterarum.
Nihil agendo homines, malè agere diſcunt. (res.
Otio languẽt, exercitio vigoreſcunt vi-
Otium eſt hominum ſepulcrum.
Otium animi generat ægritudinem.
Otium labor parit, & quies laborem.
Otium ſemper parturit otium.
Otium & corpus & mẽtem corrumpit.
Otioſum ferrum rubiginatur, exercitatum ſplendorem acquirit.
Otioſus animus neſcit quod velit.
Otium omnem malitiam docet.
Otiũ faſtidium, exercitum famẽ parit.

Otium ſine litteris mors eſt.
Otium plebis rumorem ſuſcitat.
Otium ſtultitiam labor ſciētiā generat.
Ocium in pace delicias alit,& omne flagitiorum genus.
Otia ſapientiæ negotia ſunt.
Tutum otium pares tibi labore.
Vertitur in teneram cariem, rimiſque deiſcit, (quis:
Si qua dice ſolitis cymba vacauit a-

Penitentia.

Dilatio Penitentiæ eſt periculoſa.
Dij leuāt pęnas ereptaq; lumina reddūt,
Cum bene peccati penituiſſe vident.
Eſt emendatio quædam in pænitentia.
Grauis animi pęna eſt, quem poſt factum penitet.
Optimus eſt portus penitentiæ conſilij mutatio.
Prouidere eſt ſatius, quàm poſtea penitere.
Pęnitētiā eſt per quā peccata ſoluūtur.
Pęnitentia peccata pręterita curat,à futuris perſeruat.
Salutis eſt verus portus pęnitentia.
Satis penarum penitentia errorum.
Videtur quaſi dici punientia ethimon penitentiæ.

Ve-

Velox conſilium ſequitur penitentiam.

Pars.

Ære quandoque ſalus eſt redimenda.
Melius eſt partem amittere, quàm totum dimittere.
Parte accepta, reliqua facilius exigitur.
Totum conſtat ex partibus.

Parſimonia.

Diuitię grandes hoīs ſunt viuere parcè.
Parſimonia ſalutis eſt mater.
Parſimonia eſt magnum vectigal.
Parſimonia ſera eſt, tunc ſeruare, cum deficit.
Paruis minimiſq; reb. natura cōtēta eſt.
Parſimonia egeſtati ſubuenit.

Partus.

In cunctis animalibus iuueniles partus imperfecti ſunt.
Vnuſquiſque amat fœtus ſuos.
Videtur pulcrum omne cuique ſuum.
Valde amat quæcunq; fera fętus ſuos.

Paruitas.

Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum.
A cane nō magno ſępe tenetur aper.
Multa modica faciunt vnum ſatis.
Qui ſpernit modicum paulatim decidit.
Res parua ſæpe magnū certamē creat.

Sæpe ingens paruis gratia rebus ineſt.
Sæpe rerum paucitas prætium facit.
Tam paruum eſt nihil, quod gloriam parere non poſſit.

Pater.

Amor in filios deſcendit, & nō aſcēdit.
Dij maximi prudentibus parentes ſunt.
Delinquentibus aliquando ignoſce.
Errantes humaniter corrige.
Eſt ſocer genero pater, eſt gener filius.
Ferendi sūt parentes etiā ſi iniquiores.
Filiū beneuolētia patris meliorē facit.
Filio & fratri, mulieri & amico, nō des poteſtatē ſuper te in vita tua; ne forte pœniteat te.
Filio non eſt tradendum imperium.
In caſtigandis pueris, cogitet pater ſe fuiſſe puerum.
Liberos magis amant parentes, quàm parentes liberi.
Miſerimus eſt pater, qui filio inducit nouercam.
Plus liberis timent parentes, quàm ſibi.
Pro peccato magno paululum ſupplicij ſatis eſt patri.
Parentibus ne deſis, hoc ius naturæ eſt.
Parentes amāt liberos, quaſi ex ſe quidquam ſint, liberi amāt parentes, quaſi

ex illis quidquam ſint.
Pæna patres contenti ſunt molliſſima.
Parentis eſt obiurgare liberos, ſed intra domeſticos parietes.
Parens carens filijs non eſt pater.
Patrem ſequitur ſua proles.
Pater & filius ſimul principari non debent.
Qui bonum generum nactus eſt, inuenit filium.
Qui malum generum nactus eſt, perdidit filiam.
Seruit magis pater familias, quàm imperat.
Turpis ſine frondibus arbor.

Patientia.

Ad gloriam maius nihil eſt patientia.
Cuiuſuis doloris remediũ eſt patiẽtia.
Doctrina viri per patiẽtiã cognoſcitur.
Fælix qui patitur quod numerare põt.
Leuius feruntur mala, quæ non ſunt diuturna.
Nobile vindictæ genus eſt ignoſcere victo.
Non eſt dolendum cum patimur, cum mala agamus.
Non poſſe ferre malum, eſt magnum malum.

Nil feceris, neuè diceris in ira, niſi prius viginti quattuor litteris precurreris.
Patientia eſt fortitudinis filia.
Patientia quæri debet, quod gratia impetrari non poteſt.
Qui patiens eſt multa gubernatur prudentia.
Qui impatiēs eſt exaltat ſtultitiam ſuā.
Sępius vinces patientia, quàm impetu.
Stultitiam ferre eorum, qui rerum potiuntur, neceſſe eſt.
Tolerare hoſtem non minor victoria eſt, quàm vincere.

Patria.

Commune patrium ſolum charum iucundum & delectabile eſt.
Cui peregrinatio dulcis eſt, non amat patriam.
Dulcis amor patriæ, dulce videre ſuos.
Fumus patriæ igni alieno eſt præcellentior.
Homo quoties amittit patriā toties moritur.
Non dubia eſt Itaci prudentia, ſed tamen optat,
Fumum de patrijs poſſe videre focis.
Neſcio qua natale ſolum dulcedine cūctos ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Non

Non ſolum nobis nati ſumus, ſed patriæ parentibus, liberis, & amicis.
Nullum eſt periculum, quod ſapiẽs pro ſalute patriæ, vitandũ nõ arbitretur.
Omni ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor.
Omnis viro vicus ſapienti patria eſt.
Pro patria mori dulce & glorioſum eſt.
Pro patria perire eſt immortalitas.
Propheta non eſt ſine honore, niſi in patria ſua.
Pro patria pugnandum eſt, non pro quauis re.
Patria nil dulcius nil charius.
Pro patria nullum incõmodum graue.
Perdere patriam eſt per graue.
Plus patriæ debetur, quàm parentibus.
Qui periculo patriam liberat, nomen acquirit æternum.
Qui patriæ aut ſuæ nationi non ſtudent, non ſunt Itali, ſed alienigenæ.
Sapientis eſt canere patria, & duri non deſiderare eam.
Virtutis ſplendor in ſua patria cuique obſcurior obtigit.

Patrimonium.

Culina maximum deſtruit patrimoniũ
Non propter vitam faciunt patimonia

qui-

quidam Sed vitio cęci, propter patrimonia viuunt.
Patrimonium in virtute, fortunæ non ſubiacet.
Plerique deprauantur patrimonij am-pitudine.

Paucitas.

Eſt aurum carum, quia eſt rarum.
Omnia rara ſunt preclara.
Rerum paucitas prætium facit.
Vna hyrundo nunquam facit ver.
Vnus pilus canus non facit ſenem hominem.

Paupertas.

Amicorum paupertati ſpôte ſuccurrē.
Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum.
Ad res nouandas proni ſunt ſemper pauperes.
Curia pauperibus clauſa, eſt dat ſcenſus honores.
Conſuetudine redditur iucunda paupertas.
Cantabit vacuus coram latrone viator.
Cui ſatis alma ceres, cui fluminis vnda beatus.
Dant egeni operam voluptatibus non liberis.

Duę

Duæ ſunt res quæ poſſunt ad turpe compendium commouere, inopia, & auaritia.

Egeſtas ſæpe ad conſilia mala deflectit.

Egeſtas eſt ſanitatis mater.

Egeſtas à Deo, maximi boni cauſa, nobis ſæpe tribuitur.

Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt.

Fęneratur Deo, qui miſeretur pauperi.

Hoīem experiri multa paupertas docet.

Humile vitę genus eſt tutiſſimum.

Indigētia plerunque à ſegnitie naſcitur.

Impoſſibile eſt indigentem bene principiari & ſtudio vacare.

Inopiæ pauca deſunt, auaritiæ omnia.

Multos male gratos reddit indigentia.

Minorem te ne contempſeris.

Mendici pera nunquam impletur.

Melior eſt pauper ambulans in ſimplicitate ſua, quam diues in prauis itineribus.

Melius eſt pauper ſanus, & fortis viribus, quam diues imbecilis, & flagellatus malitia.

Manus pauperum eſt gazophilacium Chriſti.

Non eſt reprehendēda paupertas, à vitio non proficiſſens.

Nul-

Nullus eſt tam abiectus, qui à dulcedine gloriæ non tangatur.

Nemo amicus nihil poſſidenti, ne parens quidem.

Neceſſitas non procul abeſt inopiæ.

Nullus eſt homini maior hoſtis, quàm paupertas.

Non poteſt ſpoliari nudus.

Pauper contemnitur, diuiti inuidetur.

Plerunque egeſtas hominem degenerem facit.

Pro cenſu paupertati eſt frugalitas.

Paupertas mater eſt quietis.

Pauper virtutibus refertus eſt ditior ignaro diuite.

Pauper eſt, qui paupertatem ferre non poteſt.

Pauperem omnes amici fugiunt.

Parum petit natura, immensũ opinio.

Paupertas non parua ægritudo eſt.

Pauper ad omnia formidulosus, & ſe putat ab omnibus ſperni.

Paupertatem reges non refugerunt.

Paupertas humiliat virum.

Paupertas læta tuta eſt.

Paupertas amicos vtilitate ſpoliat.

Paupertas excitat artes.

Paupertas eſt efficax virtutis gymnaſiũ

Paupertas multos ingratos facit.

Pauperes otioſos non alit ignauia.

Paupertas ſubſidium eſt ad philoſophiã.

Paupertatis, quàm diuitiarum tranſitus melior.

Pauperiem tolerare documentum eſt virtutis.

Paupertas terrena cœleſtem opulentiam parat.

Paupertas amiſſa, magis dolẽda, quàm opulentia. (uitum.

Pauperũ amicitia certior eſt, quàm di-

Panem & aquam natura deſiderat, nemo ad hæc eſt pauper.

Perdocet paupertas artes omnes.

Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius.

Qui habet vltro appetitur, qui eſt pauper aſpernatur. (met.

Quam timidus eſt, paupertatem qui ti-

Qui deuorauit omnia cunctis eget.

Quis eſt diues? qui nihil cupit, quis eſt pauper? auarus.

Regia (crede mihi) res eſt, ſuccurrere lapſis.

Rariſſima eſt in paupertate integritas.

Sub veſte vili, ſæpe faſtus hoſpitat.

Suauius viuunt paupers, quàm diuites.

Sæpius

Sæpius pauper, quàm diues, ridet.

Si ad naturā viues, nunquā eris pauper.

Solum hoc incommodum habet paupertas, quod egentibus ſubuenire non poteſt.

Turpis inopia, quæ naſcitur de gula.

Vbi cæpit pauper imitari diuitē, perit.

Vel peti, vel deſcipit, cum pauper donat diuiti.

Pax.

Bellum pacis eſt cauſa, eſt pax optima rerum.

Erit pax, mecum & tuum oblatis.

Ex pace bellum, & ex bello pax.

In pace vires nemo cognoſcit ſuas.

Lex ſeruitutis ſæpe eſt pacis pactio.

Melior & tutior eſt pax, quàm ſperata victoria.

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

Pace quos cernis feroces, cernes bello profugos.

Pacem cū hoībus, bellū cū vitijs habe.

Pax eſt mentis ſerenitas, tranquillitas animi, cordis ſimplicitas, vinculum amoris, conſortium & charitas.

Pacem cum bonis mali habere non poſſunt.

Qui deſiderat pacem, præparet bellum.
Spes pacis oſtentata multos opprimit.
Sæpe latet bellum magnum ſub nomine pacis.

Peccatum.

Æquo animo pænam, qui meruere, ferunt.
Angeli eſt in ipſa carne, præter carnem viuere.
Alius peccat alius plectitur.
Cuiuis homini eſt peccare, nulli, niſi inſcipienti eſt perſeuerare.
Dignus eſt venia, quem pænitet.
Fęlix criminibus nullus erit diu.
Fatetur facinus is, qui iudicium fugit.
Facilis eſt diſcenſus auerni.
Homo peccando Dei ſimilitudinem perdit.
Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſina peccata.
Melius eſt obſtare, ne quis delinquet, quàm delicta punire.
Magna illecebra peccandi eſt impunitatis ſpes.
Maius de peccatore conuerſo, quàm de iuſto, gaudium fit in cœlo.
Nam cum peccatis, tunc mens diuina recedit.

Nemo

Nemo reus peccata fateri vult ſua.
Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pęnę.
Optimus portus peccatoris eſt conſilij mutatio.
Peccatum non correctum multos contaminat.
Peccatum eſt voluntas conſequendi, quod lege vetatur.
Peccatum ex peccato naſcitur.
Peccatum morbus eſt animæ.
Peccatum relinquit in anima venenũ.
Præcidi debet peccandi materia.
Peccatum extenuat, qui celeritur corrigit.
Plus voluiſſe peccare nocuit, quàm non peccaſſe profuit.
Qui peccat ſine lege, ſine lege perit.
Qui in peccato ſeneſcit, corrigi nõ vult.
Qui non vetat peccare, cũ poteſt, iubet.
Quë penitet peccaſſe, penè eſt ĩnocens.
Si quoties peccant homines ſua fulmina mittat,
Iuppiter, exiguo tẽpore inermis erit.
Supplicium eſt pęna peccati.
Vt renouatum vultus, ſic peccatum renouatum maiorem præbet dolorem.
Voluntario facinori nulla eſt excuſatio.
Pę-

Pecunia.

Abſq; ęre mutum eſt Apollinis oraculũ.

Cautius eſt virum pecunia, quàm pecuniam indigere viro.

Cuiuſuis belli neruus eſt pecunia.

Fit pecu omne nia.

Maiori tormento pecunia poſidetur, quàm acquiritur.

Mutuum dato, ſed cui des, videto.

Magnæ diuitiæ paruo labore, exiguæ magna parantur.

Nihil eſt tam ſanctum, quod violari, tã munitum quod expugnari pecunia non poſſit.

Nummo omnia menſurantur.

Nummus regnat, nummus vincit, nummus imperat.

Nummus honoratur, ſine nummis nullus amatur.

Nũmus vbi loquitur Tulius ipſe tacet.

Nummus eſt regimẽ omnium rerum.

Pecunia eſt ancilla, ſi ſis vti, ſi neſcis domina.

Pecuniam plures, quàm coniungẽ quærunt.

Pecunia in iudicio plurimùm valet.

Pecunioſus raro damnatur.

Pecuniam interdum negligere maximum eſt lucrum.

Pecu-

Pecunia ſeditionem efficit & malignitatem.
Pecunia nunquam deerit ſi rectè collocatur.
Radix malorum omnium eſt pecunia.
Vendendo & emendo pecunia omnia æquat.

Peregrinus.

Cum improbo viro non facias iter.
Decet peregrinum imprimis modeſtia.
Delectatione, & ſpiritu in abſentia coniungimur.
Hoſpites ſunt multi, amici nulli peregrinantibus.
In externis locis minus eſt ad facinus verecundia.
Peregrinus accommodet ſe ciuitati.
Præter ſuum negotium nil curet peregrinus, nec ſit in aliena Republica nimis curioſus.
Peregrino ne eſto moleſtus.
Peregrinatio vitam reddit modeſtiorē.
Peregrini Deo ſunt ſemper curæ.
Peregrinatio docet frugalitatem.
Peregrinatio eſt vita noſtra.
Quibus domi nihil eſt, dulcis eſt peregrinatio.
Sæpe Chriſtus accipitur peregrinū accipiendo.
Suc-

Succurrens peregrinis,paria aliquando obtinebit.

Perfectio.

Nihil eſt ſimul inuentum & perfectū.
Nihil eſt in ſuo genere omni in parte perfectum.
Nulla ars repentè perfecta exiſtit.
Perfectum eſt cui nihil deeſt. (ſignari.
Perfectio ſolet ī ſeptenarionumero de-
Vnicum ab vno optimè perficitur opus.

Perfidus.

Omnibus nō habeas fidem, multi enim ſunt,qui ſibi,non tibi conſulunt.
Perfidus nullis meritis mitigari poteſt.
Semel perfido nulla danda eſt fides.
Sūma amētia eſt in eorum fide ſpé habere, quorū pfida toties deceptus es.
Tutus perfidis nullum eſt locus. (cit.
Vbi nulla eſt perfidia, virtus vera vin-

Periculum.

Aliena ſunt pericula cautio noſtra.
Citiùs venit periculum cū cōtemnitur.
Circa labores & pericula fortitudine, & patientia opus eſt.
Fęlix quem faciunt aliena pericula cautum.
Iminentis remedium periculi periculum eſt.

Non fit ſine periculo facinus magnum.
Nullum tantum eſt periculum, quod ſapiens pro ſalute patriæ, uitandum non arbitretur.
Non capiunt hominem imbellem magna pericula.
Non eſt vir fortis, cui non creſcit in periculis animus.
Pericula ſuperat, qui pericula deſpicit.
Periculum ingens ſpernit à ſe ignauiã.
Quæ quis pericula eſt paſſus hoc lucri hinc habet, in poſterùm vitare vt illa nouerit.
Vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agendum.

Perſeuerantia.

Cępiſſe multorũ eſt; pfeciſſe paucorũ.
Guta cauat lapidem nõ his ſed ſepe cadendo Sic homo fit doctus non bis, ſed ſæpe ſtudendo.
Guta cauat lapidem, cõſumitur anulus vſu, Et territur preſſa vomer aduncus humo.
Niſi perſeuerans peruenit ad finem.
Nihil eſt tam durum, quod perſeuerãtia non vincat.

Petitio.

Animus ingenuus nihil magis, quàm roga-

rogare erubeſcit.
Deſiderata diu dulcius obtinetur.
Iniquum ferendum, vt æquum feras.
Malo emere, quàm rogare.
Negat ſibi, qui negabile petit.
Qui maligni ſunt animi, peiores fiunt rogati.
Qui non petit, videtur non eſſe dignus.
Qui rogandi cauſas reddit, efficaciſſimè rogat.

Petulantia.

Ex ſaturitate naſcitur petulantia.
Prurunt cornua arietibus bene paſtis.
Petulãtia eſt ſimplicitatis receptaculũ.
Petulantia ſuo tempore regnat.

Philoſophia.

Ad diſputationes forenſes ineptus eſt philoſophus.
Curia philoſopiam excludit.
Nihil hẽt philoſophus, & oĩa poſſidet.
Non ornamentum, ſed veritatem quærunt philoſophi.
Non qui poſſidet, at qui philoſophiæ dogmata obſeruat, philoſophus eſt.
Niſi philoſophia ęgrotantem ſanat animum.
Natura dat viuere, philoſophia rectè viuere.

Philoſophus plus hominibus prodeſt, quàm rex optimus.
Philoſophus eſt, qui non quærit res ſuperfluas.
Philoſophia eſt diſciplina, omnium rerum diuinarum & humanarum rationes inueſtigans.
Philoſophia eſt, qua quis ſe & alios boninè ſint, an mali cognoſcit.
Philoſophia docet homines cognoſcerę creatorem ſuum.
Philoſophus quærit veritatem ſophiſta mundanam gloriam.
Philoſophia interpretatur amor ſapiétiæ.
Philoſophus habet rationem pro legib.
Qui inuenit philoſophiam, inuenerit veritatem.
Sine ſtudio philoſophię æger eſt anim⁹.
Tacere pręſtat philoſophis, quã loqui.
Vera philoſophia eſt amare Deum.

Pietas.

Pietas eſt fundamentum omnium virtutum.
Pietatem ſectare, nam ad omnia valet.
Prima pietatis magiſtra natura eſt.
Pietas habet ſuos impetus.
Pietas eſt imprimis gratiſſima Deo.
Pietaté nemo ante ferat vel religioni.

Poſt

Poſt Deum pietas ſit parentum.
Pietatem filij à genitoribus diſcunt.
Sæpe nocet pietas, nam qui pietate medetur.
Non ſanat vulnus nec fracta recopulat oſſa.
Sub quauis veſte bene colitur pietas.

Pigritia.

Aduerſariorum ignauia, magis aliqui creſcunt, quàm ſuis opibus.
Abſcondit piger manus ſub axilla, & laborat cum ad os eas conuertit.
Cogitationis robuſti ſemper in abundantia: piger autem ſemper in egeſtate eſt.
Deſidia generat obliuionem.
Diues ſi deſidioſus erit pauper breui erit.
Eſt piger fruges conſumere natus.
Ignauo, & inutili non eſt ſubueniẽdum.
Ignaui ſemper ferias quærunt.
Ignauis & otioſis non ſolet fauere numen.
Ignauus nemo immortalis vnquam factus.
Inertis eſt neſcire, quæ liceat ſibi.
Nullus ignauus in celebrem virum euadit.
Propter frigus ignauus laborare

 nolit,

nolit, mendicabitur ergo, & non dabitur illi.

Pigritia eſt metus cõſequentis laboris.

Quiſquis iners abeat, nam in chenice fingere ſenem.

Nos prohibent ſamij dogmata ſancta renis.

Qui fugiunt labores optant dies feſtos.

Quicunque recuſabit laborem, non feret fructum.

Surge igitur duroque manus aſſueſce labori,
Des tibi dimenſos craſtina vt hora dies.

Si quis viam laborioſam æſtimet, ſuæ deſidie eſt occaſio.

Soccordes præſentia negligunt, futura bene ſucceſſura putantes.

Segnities ſpecie recte velata cuculo,
Non ſe non alios vtilitate iuuat.

Studium ſtudium generat, ignauiam ignauiam.

Plebs.

Contenta eſt plebs ſuis agreſtibus frugibus.

Inſcipiens plebs gaudet nouo imperatore, quàm vis malo.

Ordo optimatum plebis haud dubiè eſt (ſalus.

Pre-

Pręda cunctorum animalium naſcitur lepus.

Plebs nihil audet, propter tyrãni metus.

Plebis otium rumorem ſuſcitat.

Plebs ſinę duce ſtrenuo nihil audet.

Plebs tremẽs ſequitur furorem & fortunam.

Plebis ſeditio paulatim potius flectatur, quàm frangatur.

Plebs fortunæ bona ſequitur, honores parum curat.

Plebis fauori fides non eſt tribuenda.

Poeta.

A muſis poetæ, à Ioue veniunt reges.

Et prodeſſe volunt & delectare poetæ.

Eſt Deus in nobis, agitante, caleſcimus illo.

Impetus hic ſanæ ſemina mentis habet.

Languent poetarum ingenia, nè vino caleſcant.

Nulli etenim dabitur geſtare coronam. Pieridum choreas teneris, niſi norit ab annis.

Pictoribus atque poetis, quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Poetanaſcitur, orator exercitatione fit.

Quid aliud poeta, quàm philoſophus.

Populus.

Iudicium populi vaniſſimum eſt.

Mali mores & abuſus populi, non illico ſunt mutãdi, ſed paulatim moderãdi.

Nihil eſt ſtultius populari multitudine.

Populus aut ſeruit humiliter, aut ſuperbè dominatur.

Populus regere neſcit.

Populus eſt maximus magiſter.

Populus auidus, inuidus, ignarus, ad mutationem procliuis, & ingratus.

Pace, cõcordia, otio nil populo gratius.

Placere cunctis ipſe iuppiter nequit.

Parum aut nihil refert aſini, cui ſeruiat.

Qui res nouari, & regna mutari expetunt, quid aliud ij, quàm maius expetunt malum.

Seditionis mater & multitudo populi.

Vox populi creditur vox Dei.

Poſſibilitas.

Hic dictis, haſta præſtantior illè.

Non omnis fert omnia tellus.

Non ſunt tentanda quæ omnino effici non poſſunt.

Non omnia poſſimus omnes.

Non omnibus Dij dedere omnia, ſua cuique eſt dos, ſua cuique eſt virtus.

Nõ è quouis ligno mercurius efficitur.

Quod

Quod poſſis tentaueris, non quod vis.
Tenetur nemo ad impoſſibile.

Potentia.

Aurea rumpunt tecta quietem.
Cum potiore viro noli certamen inire.
Dominandi cupido eſt beſtia maxima.
Exitum rarò beatum ingens facit potentia.
Magnam potentiam ambit inexpertus, odit expertus.
Magni piſces minutulos comędunt.
Nulla quæſita ſcelere potentia durat diu.
Noli cum maioribus certare.
Potentiorum ſemper eſt vicinitas vitanda tenuioribus.
Potentiori non reluctari expedit.
Plus habent ponderis ad ruinam, quæ ſunt cæteris altiora.
Qui cadit in plano vix hoc tamen euenit ipſum,
Sic cadit, vt tacta ſurgere poſſit humo.
Quo plura poſſis, plura patienter fere.
Quibus deficit ſoboles, ſua potentia pœna eſt.
Si tenuiorem inuenit potentior, vtriq; melius fuerit & prolixius.

Summa petit fulgur, perflant altiſſima venti.

Si procul es à Ioue procul es à fulmine.

Summa petunt dextra fulmina miſſa Iouis.

Superba ſunt potentiorum limina.

Virum te maiorem remis & velis vita.

Præceptor.

Ad diſcipulorum capacitatem ſe accomodet præceptor.

Colendi ſunt præceptores tamquam parentes.

Doctor bonam eligat vitam, nec bonā negligat famam.

Hi ſolum docent, qui cauſam de regulis dicunt.

Inuita minerua fruſtra ſudat magiſter.

In cibo potuque modus ad pedagogos pertinet.

Loci autorum ita exponendi, vt honeſtas patitur.

Magiſtri fructus eſt diſcipulorum obedientia.

Manſuetudo plus decet magiſtrum, quàm formido.

Magiſtrum metue ſi vis diſcere.

Magiſtris, dijs, & parentibus non poteſt reddi æquiualens.

Ni-

Nihil eſt fœdius præceptore furioſo, nil pulcrius manſueto.

Nulla res eſt diſcipulo tam pernitioſa, quàm magiſtri vita contumelioſa.

Præceptorum mutatio eſt in detrimentum puerorum.

Primus quiſque præceptor frequentia gaudet.

Ponite crudeles iras atque flagra magiſtri, (te acerbis.
Fæda miniſteria atque minis abſiſti-

Profectio diſcipulorum eſt gaudium, & corona præceptorum.

Quo quiſque eſt ingenioſior, hoc docet iracundiùs & laborioſiùs.

Quandoque facilem, quandoque terribilem te monſtra.

Qui ſcientia communicare nolunt, auaris ſunt peiores.

Si cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt.

Sis in docendo facilis atque benignus.

Tantò quis oſtenditur doctus, quantò maius eſt patiens.

Verbis ſit magiſter, quàm verberibus promptior.

Prælium. (piæ.

In prælio virtus valet, nō numeroſæ co-

In prælio mori eſt mors pulcherrima.
Non certare eſt glorioſum, & magis quam vincere.
Non eſt colligendum, niſi inuitat occaſio, aut vrget neceſſitas.
Potius moriare, quàm in prælio excedas loco.
Qui prælium fugit fatetur ſe imparem.
Raræ felicitatis eſt proſperè prælia gerere.
Virorum eſt quidquid, in pręlio patitur.
Vtenda in prælio occaſione quàm virtute.

Præmium.

Magna bonis dat præmia virtus.
Non eſt amoris vt concilias præmijs.
Poſt labores ſunt præpoſita prę mia.
Reſpublica & domus ſtare non poteſt, Sine pæna & prę mio.
Satisfactio & præmium quietat iram.
Spe præmij non ſentitur labor.
Virtuti præmia, vitio ſupplicia propoſita ſunt.
Virtutem quis amplectetur, præmia ſi tollas?

Præſumptio.

Ex copia naſcitur præſumptio.
Erimus pares oēs oblata prę ſumptione.

Nul-

Nulla præſumptio eſt pernicioſior, quã de propria iuſtitia, aut ſcientia ſuperbire.

Pręſũtuoſus nihil rectè putat, niſi quod ipſe fecerit.

Præſumere plus quã decet, abſurdũ eſt.

Præſumptioni debetur correctio.

Præſumptio eſt in errore noxia.

Pręſumptio præcipuè, iuuenile vitium.

Præſumptuoſus eſt nemini amicus.

Præterita.

Habet præteriti doloris ſecura recordatio delectationem.

Iucunda eſt recordatio præteritorum dolorum.

Non poteſt dies eſſe ſæpius, qui ſemel fuerit.

Præterita mutare non poſſimus.

Pręterita nõ pręteriiſſe impoſſibile eſt.

Pręterita magis reprehendendi, quàm corrigi poſſunt.

Vanum eſt de præteritis quærere.

Prandium.

Contemnitur qui rogatus ad prandium aliquando non recuſat.

Eſt hora prandendi diuiti quando vult, egeno quando poteſt.

Inſcitiam intra pocula ęgrè tegas.

Mo-

Motus poſt prandium eſt nociuus.
Non eſt res apta conuiuijs eſſe ſapiēti.
Pudica ſunt & ſobria probis conuiuia.
Prandet quiſque apud ſe melius, quàm in palatio. (nerat.
Protractum prandium corruptionē ge-
Præſertim eſt retinenda lingua in conuiuijs.
Quò melius cęnem, obſono ambulando famem.
Tenue prandium optimè condit cęnā.

Præcioſitas.

Honor & bona exiſtimatio inter res præcioſiſſimas ſunt æſtimanda.
Maximo periculo cuſtoditur, quod multis placet.
Virtus eſt prætioſiſſima rerum.
Vbi aurū eſt in prętio, ibi regnat libido.

Preces.

Ante Deum ſtantes ne ſcitis corde vagantes.
Deus ſupplicū iuſtas preces tātū audit.
Flectitur iratus voce rogante Deus.
Multorū preces īpoſſibile eſt contēni.
Precum horæ diuiſæ habeantur.
Preces ſint cordis non labiorum.
Precum vis naturam ſuperat.
Preces iuſtorum plus valent, quā arma.

Pre-

Preces, niſi bona vita præcedat, non exaudiuntur.
Vincuntur molli pectora dura prece.

Prauitas.

Ad prauitatem curritur prona via.
Aſcendit à minore ad maius ſcelus prauitas.
Prauitas eſt morb9, & virtus eſt ſanitas.
Prauus honore non eſt dignus.
Prauitas morum omnem fortunam inamænam facit.
Prauus, & viuus, & mortuus putitur.
Vir duplex inconſtans eſt in vijs ſuis.

Principium.

A facilioribus eſt ſemper incipiendum.
Cognitis benè principijs reliqua ſine labore diſcuntur.
Dimidium facti, qui bene cępit, habet.
Multi incipiunt, & pauci ad maturam ſe frugem recipiunt.
Minutula pluuia imbrem parit.
Omnia rerũ principia parua ſunt, progreſſionibus, & vſu augentur.
Principijs obſta meli9 fortuna ſequatur.
Principiũ dicitur eſſe dimidium operis.
Principio inuento facile eſt reliquum addere.
Quidquid à principio eſt malè ordinatum

tum non recipit perfectionem.
Sępe ſiniſtra principia ad facilem perueniunt finem.
Sine cauſa & principio impoſſibile & aliquid fieri.
Suum nemo ſit principiũ, neque finem.
Valent ad ſequentia maxima principia.

Probitas.

Immodica probitas ſępe cõtẽptũ facit.
Non ſunt probi, qui improbos non deteſtantur.
Natura probus, eſt vndique probus.
Probi non ſunt valde diuites.
Probus in aduerſis tentatur, vt in igne aurum.
Probus nunquam res turpes agit.
Probitas eſt moderatio vtilis, & in calamitatibus.
Probi paucis legibus indigent.
Probi faciles ſunt deceptu.
Probitas ad omnia diſciplinarum genera via aperit.
Probus difficillimè credit alios eſſe ma-(los.
Probum nec fieri, nec intellegi citò põt.
Qui natura probus eſt, vbique & apud omnes probus eſt.

Prodigalitas.

Prodigalitas incontinentię pars eſt.

Pro-

Prodigus & plura quàm decet, & vbi non decet, & cum minimè decet impendit.

Qui deuorauit cuncta, cunctis eget.

Sępe expenſæ factæ conſumunt patrimonium.

Tua nec prodigo, nec temerario committe.

Proditor.

Amatur proditio, nõ laudatur proditor.

Falluntur, qui proditionis præmium expectant.

Inuiſus adeo eſt proditor, graues vt det eis ſæpe pęnas, vnde pręmiũ ſperat.

Non eſt habenda fides, cui ſuorum proditor fuit.

Proditores etiam hoſtibus oſi ſunt.

Proditio amatur & non laudatur.

Qui fraudem agit, iurè ipſe fraude fallitur.

Qui proditorib. miſeretur crudelis eſt.

Semel proditori non eſt habenda fides.

Vigilandum eſt magis ob proditores, quàm hoſtes.

Vbi nullæ sũt inſidię, ibi virtus vera eſt.

Profeſsio.

Quam quiſque norit artem in hac ſe exerceat.

Qui multis profeſſionibus vacat, non tendit ad perfectionem.

Quod labore & vigilantia agitur rarò eſt imperfectum.

Qui duos lepores ſequitur neutrũ capit.

Stultum eſt profiteri, quod neſcis & ridiculum.

Vnicũ ab vno optimè perficitur opus.

Prohibitio.

Cum quid prohibetur, prohibentur & omnia, quæ deducuntur ab illo.

Nititur in vetitum ſemper, cupimuſque negata.

Prohibet lex Reip. danoſa iubet vtilia.

Promiſſio.

Aureos montes & maria polliceri iactantiæ eſt.

Cunctis promiſſis non tenemur.

Ex elephanto muſcas facere.

In malis promiſſis nõ eſt ſeruãda fides.

Impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur.

Parturient montes, & naſcetur ridiculus mus.

Pollicitis diues cuilibet eſſe poteſt.

Quidquid promiſſeris facere teneris.

Simul vt miſertum eſt interit gratia.

Sæpe de amicis inimicos ſibi comparat

ina-

inanis promiſſio. (obligat.
Sponſio præter ſponſorem neminem

Propria.

Et nos & noſtra nobis placent.
Meus mihi, ſuus cuique charus eſt.
Menſura tè ipſum, deinde alios.
Nemo ſeipſo plus amat quemquam.
Nō maculat palmas, qui ſua facta facit.
Non videmus quod in tergo eſt.
Omnes ſibi melius mauult, quā alteri.
Oē ſuum cuique pulcrum eſſe videtur.
Singulis propria & accommodata ſūt attribuenda.
Suus cuique crepitus bene olet.
Tunica proprior eſt pallio.
Vnus quiſpue amat fœtūs ſuos.
Vnuſquiſque ſibi ipſi vult bona.
Vitia aliena cernimus aliena minimè.
Vnuſquiſque de proprijs malè indicat.

Proſperitas.

Aſperis Roma potens facta eſt, & diruit potens.
In rebus proſperis eſto moderatus, in aduerſis prudens.
Magna proſperitas eſt à proſperitate non vinci.
Proſpera temperantur aduerſis.
Rebus ſecundis adſita inſolentia eſt.

Rebus ſecundis oportet ſe modeſtè gerere.

Rebus maximè proſperis metuẽda eſt aduerſa fortuna.

Rebus ſecundis pectus aduerſis para.

Secundis in rebus non eſt ſuperbiendũ.

Prouidentia

Dei prouidentia omnia gubernantur.

Nam prouiſa minus lędere tela ſolent.

Prouidere potius eſt, quàm poſtea pęnitere.

Quod ante nõ prouiſum eſt valde ferit.

Videre eſt facilè prouidere difficile.

Valde iuuat rerum neceſſariarum antę pruidentia.

Vbi eſt prouiſio, ibi eſt ſemper abundantia.

Proximus.

Ab altero expecta alteri qued feceris.

Clam corrige proximum, ſed palam lauda.

Dilige proximum tuum, ſicut te ipſum.

Proximos & cognatos cole.

Qui diligit proximum ſuum ad implet legem.

Tamquã fratrẽ dilige proximum tuũ.

Vicinus bonus bonum, malus malum affert.

Pru-

Prudentia.

Ætate prudentiores reddimur.

Expertus mala fit ferè prudentior.

Mē vna prudēs mille vincit dexteras.

Munus tutiſſimum prudentia eſt.

Multa audire, videre multa, generat prudentiam.

Nihil non poteſt robur iunctum prudentiæ.

Prudentes ex omnium ſententijs vtilia eligunt.

Prudentis eſt multa diſſimulare.

Plus corrigit prudens exemplis, quàm verbis.

Plus proficit correctio apud prudētes, quàm centum plaghæ apud ſtultum.

Prudentis eſt fingere ſe ea nole, quę aſſequi non poteſt.

Patet in duris prudentia rebus.

Prudentia eſt habitus cum ratione vera actiuus, circa ea quæ humana bona ſunt.

Quod non poteſt efficere vi efficies prudentia.

Quæ capere armis deſperas, expugna prudentia.

Re vera oculus mentis noſtræ prudentia eſt.

Vix acquiritur lõgo abſq; vſu prudẽtia.
Virtutis eſt principium prudentia.

Pudicitia.

Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.
Nulla ſatis pudica de qua quæritur.
Pudicitia nõ violatur aĩo nõ cõſentiẽte.
Pudicitia eſt virt⁹, quæ libidines frenat.
Pudicitia libidines fugat.
Vxor pudica eſt mariti felicitas.

Pudor.

Cuſtos oĩum virtutũ eſt ſanctus pudor.
Cognatus & baſſis virtutis eſt pudor.
Fertur facilius, quod pudet, quàm quod piget.
Ingenuitas tendit ad pudorem.
Melius eſt in principio negare cum pudore, quàm in fine.
Nil honeſtũ aut rectũ abſq; verecũdia.
Non obſtat pudor audaci viro.
Nullum ſolita eſt offendere verecũdia.
Omne malo eſt dignus, qui fortunæ ſuę errubeſcit.
Probis virtus vbiq; placet verecundia.
Pudor eſt virtutis tinctura.
Rebus pudor ſemper abſit in arctis.
Vbi pudor occupat locũ, ibi eſt & timor
Verecundia eſt timor infamiæ.
Vel falſa opinione grauabitur pudor.

Vere-

Verecundia eſt maximum ornamentum pueritiæ.
Vbi ſtudium verecundiæ eſt, cupiditas rationi cedit.
Verecundia eſt pudicitiæ comes.
Verecundia eſt bonum in adoleſcentia ſignum.
Verecundia in moribus eſt tamquam gemma rutilans.
Verecũdari neminẽ apud mẽsã decet.
Vt gemma in annulo, ita verecundia in puero fulget.
Verecũdia potiſſimum virtutũ cuſtos.

Pueritia.

Bonum eſt pueros eſſe ſine vino.
Conceditur puerili ætati cum modo puerilia.
Ceſſatione pueris nil optatius.
Cibus nimius ſomnuſque habetat impuberes.
Curua filialem ceruicem, ne induret & ſit tibi maxima pęna.
Delicati pueri ad philoſophiam non ſunt idonei.
Dum tener eſt gnatus generoſos imbue mores.
De liberis malè iudicant parentes.
Eſt puer omni beſtia intractabilior.

Eſt

Eſt pueritia iucũda,adoleſcentia grata.
Fructiferæ plantæ mox manifeſtantur.
Infantium exercitatio confert ad virtutem capeſſendam.
Laudes magis pueros, quàm verbera concitant.
Maxima debetur puero reuerentia.
Non decet ingenuum puerum ſcurrilis iocus.
Non poteſt puer dici fælix.
Natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ à rudibus annis rectè percipimus.
Oĩa leuiora ſunt pueris, quàm ſtudere.
Pueri à vicijs arcendi,qum adhuc tenera eſt ætas.
Puerum decent,virum haud decẽt crepundia.
Pueri & beſtiæ voluptates tantum perſequuntur.
Pueri nihil faciunt, quod in ſe non habeat iucunditatem.
Pueritia neſcit quieſcere, qua propter ſibi conueniens eſt iocus.
Pueros minuto ſolaberis cruſtulo.
Pueri inter ſe quàm pro leuibus noxis iras gerunt.
Pueri & decrepiti ſunt immemores.
Puerorũ ore nõnunquã Deus loquitur.
Pue-

Pueris pulcra nomina ſunt imponenda.
Puer vſque ad decimum octauum annum vinum ignoret.
Pueri melãcholici ingenio maximè valent.
Parentum vitam ſequi pueri ſolent.
Pueris eſt quedam à laboribus danda reſpiratio.
Pueri precoci ingenio citò deficiunt.
Puer quæ quis didicit memenit etiam ſenex.
Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu.
Stultitiã puerorum diſciplinæ virga fugat.
Statim & in pueris indoles virtutis fulget.
Sine patre puer eſt ſine capite corpus.
Sit modus pueris in ludo.
Tenaciſſimi ſunt pueri, eorum quæ à rudibus annis percipiunt.
Tardo ingenio pueri interdum ingenios ſuperant.
Tria ſunt pueris neceſſaria, ingenium, exercitium, & diſciplina.
Virga & correctio tribuit ſapientiam.
Verbis magis pueros arguas, q̃ verbere
Vinum bibere non conuenit pueris.

Pulcritudo.

Auguſta forma multum de cælo trhait.

Cum pudore pulcritudo, pulcritudo eſt altera.

Decor eſt quædam commenſuratio membrorum.

Donum formæ durabile non eſt.

Et pulcra facie ſæpe inueni peſſimos.

Et turpi facie ſæpe inueni optimos.

Formę dignitas, aut morbo deflorеſcit, aut vetuſtate corrumpitur.

Faſtus ineſt pulcris ſequitur ſuperbia formam.

Fæda admota pulcris, pulcra pulcriora videntur.

Forma viros neglecta decet.

Gratior & pulcro veniens in corpore virtus.

Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.

Magno cum periculo cuſtoditur, quod multis placet.

Nihil adeo pulcher, quod non ſit aliud pulcrius.

Non facias iudicium ex pulcritudine, ſed ex moribus.

Neglecta decoris cura plus placet, & quod non ornamus ornatum eſt.

Omne pulcrum eſt pretioſum.

Pulcritudo eſt proportio medij inter extrema.

Pul-

Pulcritudo, & ſenectus in vno habitarę non poſſunt.
Sordet honos formę, niſi cum ſapientia iuncta eſt.
Si pulcher es fac bona, ſi deformis naturę defectū bonis actionibus cōpenſa.
Vt nihil gratius decore eſt, ſic nihil fugatius.
Voluptates formoſus difficilè frænat.

Punitio.

Deus vna pœna plurimas corrigit.
Dij laneos habent pedes.
Eſt vtilius vnius improbi ſupplicio multorum improbitates coercere.
Melius eſt vt euadat pęnam, quàm contemnat nocens.
Magna eſt illecebra peccandi ĩpunitas.
Peccata noſtra prælijs puniuntur barbarorum.
Qui punit iniuſtos cæteris peccare prohibet.
Serò molunt Deorum molę.
Tardo gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira.
Tam mala ęſt punitio nimia, quàm indulgentia.
Verberans ſine ira peior eſt verberante cum ira.

Puſillanimitas.

Puſillanimus nō curat dignitates ſe decentes.

Qui minus dignum, quàm ſit, ſe arbitratur, puſillanimus eſt.
Qui nec dignitatem, nec ignominiam ferre poteſt, eſt puſillanimus.

Quies.

Aurea rumput tecta quietem.
Funis obrumpitur nimium tendendo.
Grata eſt quies corporibus fatigatis.
Interea tellus vires inarata reſumit.
Ludus fit propter requiem.
Laſſitudini quies remedium eſt.
Maior eſt delectatio in quiete, quàm in motu.
Occidet ad circi, ſi quis certamine ſemper,
Non intermiſſis curſibus ibit equus.
Omne laborans requie indiget.
Quæ nunquam vacuo ſolita eſt ceſſare nouali;
Fructibus aſſiduis laſſa ſeneſcit humus.
Qđ caret alterna req̃e durabile nõ eſt.
Stare diu neſcit, qui non aliquando quieſet.
Quies bonos lucratur, & malos perdit.
Requies & iocus in vita neceſſaria eſſe videntur.
Relaxatione nulla qui curas ſuas non ſoluit, aut mente captus, aut corpore male

male affectus euadit.
Sedendo & quieſcendo anima fit prudentior.

Rapina.

Peius eſt violenter rapere, quàm clanculo auferre.
Quidquid rapina partum nõ durat diu.
Rapinam exercent latrones, & inimici.
Rapinã exercnt laboris inimici.
Rapina ſuſpendit ſuum autorem.
Rapina eſt palam, eſt furtus clanculo.

Raritas.

Aurum eſt carum, quia eſt valde rarũ.
In omni arte vel ſcientia quidquid rariſſimum eſt optimum.
Omnia præclara ſunt rara.
Optimum quidq; inuenitur rariſſimũ.
Quo maior vſus eò fluxibilior.
Rarum eſſe aportet, ꝙ diu carum velis.
Rerum raritas pretium facit.
Suſtẽtata venus gratiſſima, frigore ſoles, Sole iuuant vmbræ, grata fit vnda ſiti.

Ratio.

Auctoritas ſine ratione plerunq; obeſt.
In re magna ratio vincat auctoritatem.
Multa præter morem, & naturã agunt homines, propter rationem.

Nihil rõ,& yſus audet in magnis malis.
Nulla eſt ratio,quę non hēat contrariã.
Ratio eſt anima legis.
Ratione eſt viuendum, & non affectu.
Ratio voluptatum, & cupiditatum domina.
Ratio naturalis bonis ſufficit pro lege.
Rationi nullus affectus minus obtemperat, quàm amor.
Rationi ſeruire libertas eſt.
Ratio nõ mẽs laſciua gubernet amorẽ.
Sola ratione præſtamus belluis.
Tũc ſcimus cum ratione cognoſcimus.
Tantum ad vitam tuendam eſt ratio data brutis.

Regnum.

Ab alijs alia naſcuntur imperia.
Difficilius eſt gubernare, quàm addere regnum.
Inuiſa nunquam imperia retinẽtur diu.
Iniqua nunquã regna perpetuo manẽt.
Imperia armis comparantur,& retinẽtur beneuolentia.
Iuſtitia & religio ſunt regnorũ colũne.
Imperia malè parta malè geſta, malè retenta facilè obruuntur.
Imperio maximo maxima ineſt cura.
Nullum regnum conſiſtere poteſt in-

telli-

teſtinis, deſidijs.
Nullus dominatus eſt perpetuus, & præſertim violentus.
Nullum eſt regni præſidium firmius, quàm ciuium beneuolentia.
Obſequio mitigantur, & retinentur imperia.
Principatus virum oſtendit.
Prouincia viribus paratur, iurè cõtine-(tur.
Parum valent ſine viribus imperia.
Regnum quod metu tenetur facilè cadit.
Quid aliud regnũ, quàm ſeruitus ſplen-(dida?
Regnum quod beneficijs tenetur, & beneuolentia eſt perpetuum.
Regnum eſt optimum regimen populi, ſi non corrumpatur.
Regnum optabile ijs tantummodo eſt, Libidini ſeruire qui volunt ſuæ.
Regnum virtuti datum eſt ſemper proſperum.
Regni columnæ binæ ſunt pæna & præ-(mium.
Regnorũ interitus principiũ eſt diſcordia.
Seu fas, ſeu nefas debemus regna tueri, Non tamen vt lachrymis, ſanguine ſed proprio.
Tẽporis momentum euertendis regnis (ſufficit.
Vi regi imperia non poſſunt.

Religio.

Ante omnia venerare Numen.

Augetur Dei religio, quantò magis præmitur.

Etiam ſine armis religioni vincere eſt.

Latrones ſunt, qui à religione lucrum quærunt.

Non ſentit fatigationem vera religio.

Nudus atletha fortius dimicat.

Optimum eſt publica in re conſultare cum Ioue.

Religio pietas eſt erga Deum.

Religio prius fide, quã ratione diſcẽda.

Religio piè magis, quàm magnificè coli debetur.

Verus religioſus debet eſſe quietis nè- (glector.

Verus religioſus eſt diues in conſcientia, & pauper in pecunia.

Vanitates & mundanos honores fugit religioſus probus.

Remedia.

Crebra remediorum mutatio impedit ſanitatem.

Nulla remedia, quę vulneribus adhibẽntur tam faciunt dolorem, quàm quę ſunt ſalutaria.

Nullum facere remedium, interdum eſt remedium.

Qui vult remedium malum non celet.
Qđ remediũ nequit ſæpe ſanauit mora.
Remedia ſuperſtioſa fugienda ſunt.
Remedia nõ proſunt, ne immorentur.

Remuneratio.

Amamus omnia ſed magis remunerationem.
Omnis labor & officium optat remunerationem.
Remuneratio & munus iram quietat.
Scire volunt omnes mercedem reddere nemo.
Tribuenda eſt iuſtis remuneratio meritorum.
Virtutes nutrit debita remuneratio.

Repentina.

Hoſtium repentinus aduẽtus valde cõturbat.
Maris ſubita tempeſtas vehemẽter nauigantes terret.
Quod poſſit accidere diu cogitare oportet.
Videntur omnia repentina grauiora.

Repletio.

Morbos parit plures repletio, q̃ fames.
Nutritur vẽto, vẽto reſtinguitur ignis,
Leuis alit flãmas grãdior aura necat.
Oĩs repletio mala, ſed peſſima panis.
Plures occidit crapula, quàm gladius.
Repletio omnium morborum cauſa.
Repletio propria belluarum eſt.

Repletio corpus debilitat, & mentem obtundit.

Reprehenſio.

Aliena vitia reprehendimus, noſtra nō videmus.

Carere omni vitio debet, qui in alterū dicere paratus eſt.

Cum verecundè reprehendit amicus, verecundiam gignit in amico.

Dulcior eſt religioſa reprehentio, quā blanda remiſſio.

Manſueti benignè, inquit ſeuere reprehendendi.

Non reprehendetur, qui iurè reprehenditur.

Reprehende peccantem, & rectam doce viam.

Vt nunqnam ferè nocet laudator, ita ſemper prodeſt reprehenſor.

Reſponſio.

Ego de allijs quero, tu de cepis reſpōdis.

Interrogant multi, quod ipſi explicari non poſſum.

Non reſpondere ruſticorum eſt.

Qualis percunctatio talis ſit reſponſio.

Reſponſio mollis frangit iram.

Reſponſio dilata ſtruit iter dolis.

Seruile eſt omnibus reſpondere.

Reſpu-

Ad dandum conſilium de Republica caput eſt noſce rempublicam.

Anima Reipublicę sūt bona,& pecunia

Ære quandoque ſalus eſt redimenda.

Ægrè gubernatur Reipublica pacis tēpore,quàm belli, nam tūc neceſſitas, timor, & hoſtis docet.

Ad priuatas iniurias oportet principem facilem ad ignoſcendum:in ijs qui lędunt Rempublicā decet eſſe ſeuerū.

Ciuium ſi res valet priuata,valet & publica.

Conſilio priuſquam armis experiri ſapientem decet.

Floret Reſpublica dum legum viget autoritas.

Ignauia peſtis eſt Reipublicę.

In priuatis facilis,in publicis iniurijs ſit ſæuera Reſpublica.

In Republica bene inſtituta omnia proficiunt in melius.

Magis intereſt Reipublicæ ab extraneo,quàm à potentiore vicino auxilium petere.

Negligenda eſt res priuata ob ſalutem (publicam.

Nulla Reipublicę adminiſtratio prodeſt, niſi verus Deus colatur.

Priuata perdit, qui non curat publica.
Publica vtilius priuatæ anteponatur.
Pax ſine armis,arma ſine ſtipendijs,ſtipendia ſine tributis habere nequit.
Qui præclaris viros e ciuitate, eijciunt Remp.potius lędunt,quàm eos,quos expellunt.
Rempublicam adminiſtrantis ſemper intereſt vigilare.
Reſpublica, quæ à plebis gubernatur non durat diu.
Reges Democratiæ infenſi.
Res viget æqualitate, & comitate publ.
Republica ruente, & priuatus ruit.
Rempublicã totã lædit, qui legẽ violat.
Reſpublica Religione, & iuſtitia, pæna & præmio fulcitur.
Regimen deſiderantibus eſt negandũ, recuſantibus dandum.
Reipublicæ commodis priuata ſimultas eſt poſthabenda.
Reipublicæ corruptella, nulla re magis naſcitur,quàm ex delitijs.
Sũmum bonũ eſt Reipublicę cõcordia.
Si incolæ bene morati ſunt, bene munitum eſt opidum.
Tyrãnus oriri nõ poteſt, vbi ex arbitrio priſcarum legum omnia geruntur.

Vbi

Vbi lex non præualet non eſt Reſpub.
Vt membra putrida amputantur è corpore, ſic improbi à Repub. debentur.
Vnicus princeps in Republica, vnicus imperator in bello ſit.
Vnicuique pluris facienda eſt communis vtilitas, quàm priuata.
Virtute eſt propaganda Reſpublica, nõ dolis, & pecunia, atque affinitate.

Reuerentia.

Coram cano capite conſurge.
Nomine quemque ſuo, nulla eſt iactura, ſaluta.
Obſeruantia eſt qua homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam, & honore dignantur.
Præceptores tanquam parentes ſunt colendi.
Perfidus eſt Deo, & hominibus inuiſus, qui ingratè parentes non colit.
Reuerentia in religioſos eſt Deo gratiſſima.
Reuerentia cum amore coniuncta eſt.

Rex.

Amor populi gloria ſalus & Regis fondamentum.
Amet princeps populum, ſi vult redamari.

An

An neſcis longas regibus eſſe manus?
Bonus rex magis amatur, quã timetur.
Bonus princeps ad parcendum tardus, ad clementiam pronus eſſe debet.
Bonus paſtor tondet, & non deuorat pecus ſuum.
Breuis eloquentia decet principem.
Bonus rex mitis ſit, eò vſque cõtemptui non ſit.
Bono principi nihil iucundius ciuium concordia.
Ciues cruciari imodicis tributis non eſt regium.
Donare non eſt regium, ſed perdere.
Eloquentia principibus, eſt maximo ornamento.
Eſt quidem præcipua virtus in principe cum modo, comitas & manſuetudo.
Fundamẽtũ principatus eſt liberalitas.
Glorioſius eſt regnum virtute partum, quàm ſi hæreditate obuenerit.
Iuſtitiam parum curant, qui regna miniſtrant.
In magnis rebus difficilimum eſt placere omnibus. (ue eſt.
In ſeruitutem de regno cadere pergra-
Imago rex eſt animata Dei. (parta.
Laudis eſt parũ in corona haud labore
Mors

Mors principis turbarũ dat licentiam.
Magna rex parte ſui caret orb' amicis.
Maieſtas dignitaſque regia non veſtiũ, ſed prudentia ac fortitudine parãda.
Nunquam audire veritatem regiũ eſt.
Ne aloquere regẽ, aut loquere ſuauiter.
Nõ eſt bonus rex, niſi à ratione regitur.
Nemo philoſophiæ expers idoneus eſt regno.
Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur Maieſtas & amor.
Nemo magiſtratus eſt idoneus, qui nõ poteſt diſſimulare multa, præter æquum & bonum facta.
Populi vtilitatem, & quietem, quàm ſuã perſpicit bonus princeps.
Principium pernities eſt adulatio.
Prudẽs princeps finitimos populos augeri non ſinit.
Princeps ſit iuſtus æquus, clemens, & religioſus.
Paſtor malus deglutit & non tondet aues ſuas.
Primùm piſcis à capite fetet.
Paſtoris mun' eſt ſuũ gregẽ defendere.
Plus nocet exemplo, quàm peccato princeps.
Principes bonos in vno ſculpes annulo.
Prin-

Principũ auaritia cæcaque libidine lęſi
vaſtantur vrbes ciuibus.
Prauus rex tyrannus euadit.
Plurimum vtilitatis ex principium ſapientia naſcitur.
Probus rex aduigilat, ne ſubditi afficiãtur iniuria.
Periculoſũ eſt principi ſubdito dare magnos honores.
Principes miniſtri ſunt Dei, ad curam & ſalutem hominum.
Qui armorum domini ſunt, ijdem domini ſunt ſtatus.
Qui vult amari lãguida regnet manu.
Quantò quis in altiori loco eſt cõſtitutus, tantò in maiori periculo eſt.
Regi decorum eſt maximè clementia.
Regum aures patere decent querelis omnium.
Rege à nouo quiduis impetres.
Regum minæ tantum acuunt, aut etiã nocent.
Regũ optima eſt ſuorum amor & cuſtodia.
Reges coluntur, non ſui cauſa, eſt opũ.
Rębus in malis, non eſt fas parere principi.
Regnum armis paratur, & ſubditorum beneuolentia tenetur.

Re-

Regem naſci nihil eſt, at regno ſedignũ præſtare, maximum eſt.

Regium eſt opes ſubditis augere, quàm imminuere.

Reges à rectè regẽdo ſunt apellati. (ſa.

Regib. eſt aliena virt⁹ ſẽper ſoi midulo-

Rex qui magis amatur, quàm timetur ciuium omnia poſſidet.

Regũ indignatio, & ſi in pręſenti diſſimulatur, eſt tamẽ in poſterũ timẽda.

Saluũ regẽ in aperto clemẽtia pręſtat.

Sibi prius dominetur rex, quàm alijs.

Si ius aliqua cauſa eſſet violandum, imperij cauſa violandum eſſet.

Sine philoſophia non erit bonus Rex.

Tenemur regibus cuſtodientibus ſalutem noſtram, dare mercedem.

Vis magna populi eſt, prencipis tamen maior.

Vrget præſentia Turni.

Vera regis cuſtodia eſt ciuium beneuolentia.

Riſus.

Intempeſtiuus riſus eſt argumentum ſtultitiæ.

Nulla res eſt ineptior riſu inepto.

Qui mane ridet, ſæpe plorat veſperi.

Riſus ſẽper abundat in ore ſtultorum.

Ro-

Roma.

Aſperis Roma potens facta eſt, & diruit potens.

Quæ orta ſunt occidunt, & aucta ſeneſcunt.

Roma lex orbis terrarum, & arx gentium.

Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia ruffis. Et placet hic pueris, militibuſque color.

Romæ imperium ingens ſolæ corrupere opes.

Romani præclarè agere, quàm ſcribere malebant.

Romanum eſt ferocia facere & pati.

Romani plus auxerunt imperium parcendo, quàm vincendo.

Romani in aduerſis non vileſcunt, in ſecundis non inſoleſcunt.

Roma ſe ſua ipſius magnitudine fregit.

Ruina.

Qui ruina letatur alterius, non erit impunitus.

Ruina præcedentiũ docet poſteriores.

Ruunt citiùs, qui cæteris altiora ſunt.

Sũt ſacerdotis mali cauſa populi ruina.

Ruſticus.

O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint Agricolæ.

Vita

Vita ruſtica eſt parſimoniæ, diligentiæ iuſtitiæ miniſtra.
Vngentem pungit, pungentem ruſticus vngit.

Sacerdos.

Exemplum de ſe præbeat bonum, cupiens ſe alios imitari. (ſima.
Fœda in cunctis libido, at in ſacris fœdiſ-

Sæuitia.

Centurio ſæuus deſertores facit.
Eſt precibus ſupplicum ſurda ſæuitia.
Manſuetudo temperat ſæueritatem.
Miſcenda eſt ſæueritas lenitate, Vt fiat temperamentum. (eſt.
Sæueris ac tetris non vita ſed calamitas
Temperanda eſt ſeueritas, ne veniatur ad deteriora.

Saltatio.

Inſtrumenta ſunt luxuriæ tympana, & tripudia.
Saltatio eſt inuentio, & diaboli baratrũ.
Saltatio ad adulatores pertinet, non ad pudicas.
Vbi eſt ſaltatio ibi eſt diabolus.

Salutatio.

Conſiliat beneuolentiam ſalutatio, & partam alit. (lutatio.
Minuit odium & recõciliat humilis ſa-

Nomine quemque ſuo, nulla eſt iactura, ſaluta.
Nihil quidem conſtat ſalutatio,& multum prodeſt.

Sanitas.

Crebra remediorum mutatio impedit ſanitatem.
Corporis valetudo ex perpetua diligentia, & temperantia cupiditatum acquiritur.
Nihil ſanitate eſt in vita præſtantius.
Non opus eſt medico beneualentibus.
Quid ſanitas ſit languor indicat.
Quæ valetudo eſt optima,eſt & periculoſiſſima.
Sanitas naſcitur & corrũpitur, ex laboribus, alimento, anni tempore.
Sanitas & opes,vbi animus æger eſt,nihil iuuant.
Sanitas dicta eſt à ſanguinis ſtatu, ſiue temperamento.
Sanitas eſt commenſuratio frigidorum & calidorum.
Sanitas in temperatura conſiſtit.
Sicut ſanitas conſeruat corpus, ita eruditio conſeruat mentem.
Theſaurus eſt maximus corpus ſanũ.
Vt vitam redimas hoſtibus æra dato.

Viue

Viue mortis memor, vt ſis memor & ſalutis.

Sapientia.

Ars artium omnium eſt ſapientia.
Ætatis omnis homines admittit ſcola.
Animis ingenuis ſapientiæ fores ſemper patent.
Caret ſemper ægritudine ſapiens.
Celant ſua mala domeſtica ſapientes.
De ſapiente ſolus ſapiens iudicare poteſt.
Ex ſenſu fit memoria, ex memoria experientia, ex experientia fit ſapientia.
Fortunæ incommoda nihil mouent ſapientem.
Finis ſcientiæ ſpeculatiuæ eſt veritas, practicæ eſt opus.
Hoc ſapientis eſt, omnia, quæ ventura ſunt, prouidere.
Laudes & honores non appetit ſapiẽs, conſequitur tamen.
Minimè dies vnus ſapientem perficit.
Melior eſt turpi ſcientia bona ignorantia.
Minimum valet doctrina, niſi induſtria, ſtudio labore, diligentia comprobetur.

Nun-

Nunquam iraſcitur ſapiens.
Nullum tantum eſt periculum, quod ſapiens pro ſalute patriæ vitandum non arbitretur.
Nemo omnibus horis ſcire poteſt.
Nimis ſapère non eſt ſapère.
Nihil mali vnquã põt incidere ſapienti.
Nõ eſt res apta cõuinio adeſſe ſapientẽ.
Non ætate, verùm ingenio adipiſcitur ſapientia.
Non ſenſu at intellectu acquiritur ſcĩa.
Non iacet in molli veneranda ſcientia lecto, Verùm continuo pauca labore venit.
Nemo ſapiens niſi bonus, & fortis.
Nil doctrina inuidioſius.
Nil dulcius quàm ſcire prorſus omnia.
Nil graue ſapiẽti, quod fert neceſſitas.
Omnis homo natura ſcire deſiderat.
Omnia prius experiri, quàm arma ſapientes decet.
Otium ſtultitiam, labor ſapientiã parit.
Per ſæpe alijs qui ſapiunt, nõ ſapiũt ſibi.
Qui moderatione & conſtãtia quietus eſt, ſibique ipſi placatus, vt ne tabeſcat moleſtijs, neque frangatur timore, nec quid ſitienter quid appetens ardeat deſideria, neque futili alacri-

lacritate geſtiens deliqueſcat, eſt ſapiens.
Quo rarior eſt ſciẽtia, hoc eſt põpoſior.
Quibuſdam magis eſt operę pretium videre ſapientes, & non eſſe, quàm eſſe & non videri.
Regina rerum eſt perfecta ſapientia.
Sapiens etiam in dolore eſt beatus.
Sapientia ſanitas eſt animi.
Sapiens nunquam eget.
Sapiens eſt ditior regibus, & fortior robuſto.
Sapiẽtia ſine eloquentia parũ prodeſt.
Sophiam vocant me Graij, vos ſapientiam, vſus genuit me, mater peperit memoria.
Sapientia eſt multarum, & admirabilium rerum ſcientia.
Sapiens aptat pace, q̃ ſunt idonea bello.
Sapiẽtes temporis & occaſionis rationem habent.
Sapientis eſt proprium nihil, quod pœnitere poteſt facere.
Sapientis animus nunquam turgeſſit.
Sapientia eſt preſtantiſſimarum rerum naturæ ſcientia & intellectus.
Sapientes, ſapientes ſeruant.
Sapiens natura nemo eſt.

Scire

Scire eſt duplex, alterum habere, alterū axercitare ſcientiam.

Sapientiſſimus quiſque æquo animo moritur.

Sapiens omnia ſua bona ſecum portat.

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc, ſciat alter.

Sępe ſub palliolo ſordido eſt ſapientia.

Sępe ſumma ingenia in occulto iacent.

Scientia homini eſt certior poſſeſſio.

Sapiens percogit ſermones prius in pectore, quàm proferat.

Sapientia ſola immortalis eſt poſſeſſio.

Sapientia egere miſerima egeſtas eſt.

Solus ſapiens diues eſt.

Sapiētia & theſaurus abditus nihil pro (ſunt.

Senſus non ætas inuenit ſapientiam.

Sapientes inter malos non ſe inficiunt.

Scientia ingenio & labore paratur.

Sapientum virorum magna eſt inopia.

Sapientia cibus eſt mentis humanæ.

Sapientia ad Dei cognitionē homines ducit.

Turpe eſt ſapienti dicere non putaram.

Tempori ſeruiendum eſt viro ſapienti.

Tunc ſcimus cùm cauſas cognoſcimus.

Vir temperatus conſtat, ſine metu, ſine ægritudine, ſine libidine ſapiens eſt.

Viro erudito meditatio eſt ſuũ viuere.
Vtilis eſt per ſe virtus & ſapientia.
Vſus gignit, memoria parit ſapientiam.

Saturitas.

Ad ſanitatem ſe implere belluarum eſt.
Bene paſtus venter ſomnum quærit.
Eſt ſaturitas petulantiæ mater.
Faſtidium & libidinem ſaturitas parit.
Qui vitat ſaturitatem reperit ſanitatẽ.
Saturitas vires pedibus aufert.
Saturitas calorẽ naturalem extinguit.
Valida coniactione, non ſaturitate pinguet corpus.

Scelus.

Auctorem in ipſum bene retroquetur ſcelus.
Optimum eſt non ſceleratos, ſed ſcelus extinguere.
Sæpe in magiſtratum ſcelera redierunt ſua.
Scelera ſi latent, non diu latent.
Scelera impetu, bona conſilia mora valent.
Summorum facinorum ipſa imanitas inocentia eſt.
Scelus vindicta ſequitur.
Scelus ſi impune fuerit iminet vindex Deus.

Scriptura.

Alia atque alia eſt eiuſdem ſcripturæ interpretatio.
Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt.
Facilè eſt inuentis addere.
Hiſtoria abſque veritate citò perit.
Libri muti magiſtri ſunt.
Nullus eſt tam liber malus, qui in aliqua parte non proſit.
Quæ amici reges non audent monere, in libris ſcripta ſunt.
Scriptores amāt nemus, & fugiunt vrbes.
Scribimus indocti doctique poemata paſſim.
Scriptura eſt cuſtos fideles rerum geſtarum.
Scribēs grauiore indiget cōſideratione
Scriptores in eodem re ſæpe diſcident.
Scribenti hiſtorias turpe eſt mentiri.
Scribendo multa diſcimus.
Seibere eſt cogitatus ſermo.

Secretum.

Abſcondi Deo nihil poteſt.
Facilius carbo ignitus in lingua teneri poteſt quàm ſermo ſecretus.
Honeſta boni non occulta quærunt.
Nullum eſt ſecretū vbi regnat ebrietas.

Quod

Quod non apparet præſumitur nõ eſſe.
Secretum ſi tribus eſt manifeſtum, omnibus eſt diuulgatum.
Secretum iratus minimè committe.

Securitas.

Nauis anchoris duab. fluctuat minus.
Securitas eſt habitus hominem à timore liberans.
Securitas diligentes facit negligentes.
Vbi eſt ſecuritas ibi eſt bona conſciẽtia.

Seditio.

Minores, vt æquales fiant, faciunt ſeditionem.
Nullo loco ſeditionis deeſt voluntarius comes.
Nobilitas & diuitię sũt ſeditiorũ cauſa.
Seditio ciuium vrbis peſtilentia eſt.
Seditio omnia oportuniora facit inſidiantibus.
Seditionem facit omnis diuerſitas.

Senecta.

Acta ætas ac ſplendida ſenibus affert conſolationem.
Bis pueri ſunt ſenes.
Coram cano capite conſurge.
Canities ſenectutis venerabilis eſt.
Dum vires decreſcunt in ſene, creſcit ſapientia.

Extrema ſors malorũ eſt amator ſenex.
Equuo ſeneſcenti minora onera imponenda.
Frugalitas producere ſenectutem pōt.
In ſenibus ſobrietas eſt morum perfectio requiritur.
Moroſi, iracundi, anxij, difficiles ſunt (ſenes.
Morbi & moleſtiæ ſenium accelerant.
Moleſtus vir eſt inter iuuenis ſenex.
Nemo eſt tam ſenex, qui vnum anum non putat ſe eſſe victurum.
Non conuenit iuuenis coniux ſeni viro.
Nullus magis diligit vitam, quàm qui ſeneſcit.
Optimũ obſonium eſt labor ſenectuti.
O ſola fortes garrulitate ſenes.
Omnes optant ſenectutem, adeptam reſpuunt.
Omne vitium in ſene ſeneſcit preter auaritiam.
Prope mortem ſunt ſenes.
Pulcrum ſeneſcere, & non ſeneſcere rurſum.
Præter ætatis incommoda ſenes contempti ſunt & ludibrio. (rimum.
Paupertatē ferre in ſenectutē eſt miſe-
Qui optant ſenectutem, longam optant infirmitatem.

Quo

Quo min⁹ reſtat via, plus q̄ritur viatici.
Quam magis veſtis obſoleta, tam minus curatur.
Senectus ipſa eſt morbus.
Senex eſt mortuus viuens.
Senes in ianuis, iuuenes in inſidijs moriuntur.
Senex maritus ſeruus eſt infimus.
Sibi & vicinis coniugem ducit ſenex.
Seniorum & iuniorum fętus imperfecti ſunt.
Senis eſt laudandi præterita, ſpernendi moderna.
Senes ſunt attentiores, quàm ſat eſt.
Sed iā felicior ætas terga dedit tremuloque gradu venit ægra ſenectus.
Senecta eſt principium corruptionis.
Senecta eſt frigida & ſica.
Senilis ſermo libenter eſt à iuuenibus audiendus.
Senex egenus res miſerima.
Sènex fortunæ bona quęrit, vt ętatis defectibus ſubueniat.
Vetuſta corpora paruo lapſu quieſcūt.

Senſus.

Exceſſus ſenſibilis opprimit ſenſum.
Nihil eſt in ſenſu, quod prius non fuerit in intellectu.

Séſus eſt magis attendēdus, quā verba.
Senſib: minus reſpōdet aliquādo verba.
Senſus pluribus intentus, eſt minor ad ſingula.
Senſus in iuuenibus rationi dominatur.

Sententia.

Multorū quoniā melio ſententia ſēper.
Nunquam eſt laudata in vna ſententia perpetua permanſio.
Quot homines tot ſententiæ.
Rarò omnibus placet ſentētia optima.
Sententia moralis virtutem amplecti, vitium fugere docet.
Sententia quæ docet, ſalutem affert.
Sententia moralis eſt gubernaculum vitæ humanæ.

Sermo.

Antequam loquaris diſce.
Audiendi, quā loquendi ſtudioſior eſto.
Bonus ſermo ſecreta non quærit.
Eſt tempus quando nil, & quando dicendum.
Interpres mentis eſt oratio.
Iuuenes nimiū, ſenes vtilius loquuntur.
Imago animi ſermo eſt, & qualis vir talis oratio.
In longum protractus ſermo caret intelligentia.

Lin-

Linguarum diuerſitas hominem alienat ab homine.

Noli citò loqui,eſt enim īſaniæ indiciū.

Quod locuturus es diu conſidera.

Quod bene dicitur,repetere non nocet.

Senilis ſermo eſt libenter audiendus.

Sermo latet ſacer ſub forma fabulæ.

Sermo debet eſſe ornatior ſententijs, quàm verbis.

Sermo dicentis non eſt interrūpendus.

Vbi auditus non eſt non efundas ſermonem.

Vt æra tinnitu, ſic ſermone homines cognoſcimus.

Vti debemus noto & patrio ſermone.

Seruus.

Durū inuiſū & graue eſt ſeruitia ferre.

Emori potius, quàm ſeruire præſtat.

Mors ſeruituti,turpidinique eſt anteponenda.

Nolim miniſtrum,qui ſit hero doctior.

Negātes mala comiſſa,ſerui magis flagellantur.

Non hero nocet ſeruorum diſcordia.

Nulla ſeruitus turpior voluntaria.

Nil niſi ſordidum à ſeruili contubernio trahas.

Natura liberos gignit, ſeruos fortuna (facit.

Nihil eſt fedius ſeruitute ad decus, & liberalitatem nati ſumus.
Nō decet ſuperbum hoīem eſſe ſeruū.
Nulla poſſeſſio eſt iucūdior ſeruo fideli.
Oportet ſeruo operam, & victum dare ſufficientem.
Omnis ſeruitus miſera eſt.
Seruus eſt, qui ſuis voluptatibus ſeruit.
Seruire multis ſortis eſt miſerimæ.
Seruum decet ſilentium.
Serui ære parati iniuſta imperia dominorum non ſufferunt.
Seruus fidelis, dño abſente, probatur.
Seruorum præcipuum vitium eſt loquacitas.
Totidem sūt hoſtes, quot domini ſerui.

Sicarius.

Nemo vir probus perturbari debet ſupplicio paricidarū & ſicariorum, immo potius lætari debet. (pernitioſi.
Sunt Reipublicæ ſicarij inutiles, immò
Sicarij præter ad malum inutiles nati.
Vt malæ ab holitore berbæ, ita ſicarij ſunt erradicandi.
Viles contra hoſtes, ſtrenui contra ſuos ſunt ſicarij.
Vt canes Actheonem, ita ſicarij dilacerant herum.

Si-

Signum.

Clarior quo fulſit ignis, hoc citius extinguitur.
Hirſutus fallax iraſcés prodigus audex.
Lineamenta corporis animi virtutis ſigna ſunt.
Moles carne apti sũt ad philoſophiam.
Multa mala ex leuibus vitat mens prouida ſignis.
Signa iminentib. malis pręcedere ſolẽt.
Signa quędam ſcelerum sũt notiſſima.
Signis opus eſt apud non intelligentes.
Vir ex viſu & veſtitu ſępe cognoſcitur.

Silentium.

Dixiſſe me aliquando penituit, tacuiſſe verò nunquam.
Ignorat loqui qui tacere neſcit.
Nil nocet incuſum labijs comprimere (verbũ.
Nimis ne loquaris, eſt ſp. tacere vitium.
Quis minor eſt aũt quã tacuiſſe labor.
Rectè ſcit dicere, q ſcit ordinate tacere
Silentium mulierem per quam decet.
Silentio debito homini nihil vtilius.
Sępius verace voce melius eſt ſilentiũ.
Silentium ſapientię, loquacitas ſtultitiæ ſignum.
Silentium ſapientibus loco reſponſi eſt.
Si tacet haud quidquã diſtat ſapiẽtib. amens.

Similitudo.

Æqualis æqualem delectat.
Fur furem cognoſcit, & lupus lupum.
Falſitatis mater eſt ſimilitudo.
Graculus ſemper ad graculum.
Omne ſimile appetit ſuum ſimile.
Omnibus in rebus ſimilitudo, ſatietatis eſt mater.
Similitudo & exéplũ maximè mouent.

Simplicitas.

Nulla res ſimplicitate in amicitia melius.
Simplicitatem diligit Deus.
Simplicitas eſt via philoſophiæ.
Sĩplicitas quaſi dicitur ſine plicatione.
Simpliciſſimus eſt Deus & ſimplicitate gaudet.
Simplicitas infantiæ beneuolentiam affert.

Sobrietas.

Diſcite quam paruo liceat producere vitam.
Et corpus & mentem leuem ad operã-dum reddit ſobrietas.
Facillimè viuit, qui paucis cõtentus eſt.
Fames eſt ſitis optimè condit omnia.
In edendo deficere, quàm excedere ſalubrius eſt.
Mente rectè vti non poſſimus multo cibo.

Non

Non eſt dignus nomine romano, qui frugalitate non vtitur.

Qui ad naturam viuit, nunquam erit pauper.

Sobrietas vitæ cuſtos, mater valetudinis, ſapientiæ comes, pacis amica.

Salubrium conſiliorum parens eſt ſobrietas.

Sobrietas virtutum, ebrietas vitiorum mater.

Tātum cibi eſt, & potionis adhibendū, vt recreentur vires, non opprimātur.

Tenue prandium optimè condit cænā.

Vt viuam eſſe debet, viuere non vt edā.

Victus cultuque corporis non ad voluptatem, ſed ad valetudinem, & vires referantur.

Viget animus & corpus in ſobrietate.

Socius.

Blandus & comes eſto in congreſſu.

Bonus cum malo fit malus, & contra non fit.

Comes facūdus pro vehiculo eſt in via.

Ex conuerſatione æquali naſcitur contemptus.

Fętidum vas aquas infuſas corrumpit.

Melius eſt malorum odium, quam commertium.

Mala plurima mala ſocietas affert.
Non benè cum ſocijs regna Venuſque manet.
Nulli⁹ boni iucũda poſſeſſio ſine ſocio.
Non ſit ſocius gaudij, qui non fuerit & laboris.
Sociorum alienatio eſt velut membri corporis alienatio.
Socius prauus eſt qui impedit commune opus.
Societas mala res eſt contagioſa.
Vnus nihil duo plurima poſſunt.
Verum ſociũ mundus emere nequiret.

Solicitudo.

Sed propera, nec te venturas differ in horas.
Qui non eſt hodie cras minus aptus (erit.
Solecitudo õne magnũ conficit opus.
Solecitudo plus valet, quàm vires.

Solitudo.

Hominẽ ſolũ quęuis ãguſta fortuna alit
Malum quod nemo videt, nemo arguit.
Nihil mihi amicius ſolitudine.
Nihil amat natura omnino ſolitarium.
Qui communi conſuetudine non delectatur, aut beſtia, aut deus eſt.
Sapiens nunquam poteſt eſſe ſolus.
Scola ſapientiæ eſt libera ſolitudo.

Soli-

Solitudine multa vitia vitantur.
Solitudo eſt loc⁹ idone⁹ ad philoſophiã.
Tutius ſolus, quam male ſociatus.
Tutum eſt ſtudium in ſolitudine.
Vnus vir non poteſt videre omnia.
Vnius nuncij imbecillis pugna.
Vox vnius, vox nullius

Somnium.

Quæ quis vigilans optauit ſomniat.
Quodã fantaſma in ſomno ſomniũ eſt.
Somniãtur, ea quę vigilãs deſiderãtur.
Viſa ferè curas referant nocturna diurnas.
Vulgus ob ignorantiam ſomnia credit.

Somnus.

Inter cænam ſomnum interualum aliquod intercedat.
Septena in ſomnis eſt ſatis hora meis.
Somnus eſt altiſſimus in ſecũda vigilia.
Somne quies rerũ placidiſſime ſomne deorum.
Pax animi quem cura fugit tu pectora duris.
Feſſa miniſterijs mulies reparaſque laborem.
Sõnus meridianus ſit breuis aut nullus.
Somnus ſit ad naturæ neceſſitatem, non ad voluptatem.

Som-

Scriptura.

Alia atque alia eſt eiuſdem ſcripturæ interpretatio.
Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt.
Facilè eſt inuentis addere.
Hiſtoria abſque veritate citò perit.
Libri muti magiſtri ſunt.
Nullus eſt tam liber malus, qui in aliqua parte non proſit.
Quæ amici reges non audent monere, in libris ſcripta ſunt.
Scriptores amãt nemus, & fugiunt vrbes.
Scribimus indocti doctique poemata paſſim.
Scriptura eſt cuſtos fideles rerum geſtarum.
Scribẽs grauiore indiget cõſideratione
Scriptores in eodem re ſæpe diſcident.
Scribenti hiſtorias turpe eſt mentiri.
Scribendo multa diſcimus.
Seibere eſt cogitatus ſermo.

Secretum.

Abſcondi Deo nihil poteſt.
Facilius carbo ignitus in lingua teneri poteſt quàm ſermo ſecretus.
Honeſta boni non occulta quærunt.
Nullum eſt ſecretũ vbi regnat ebrietas.

Quod

Quod non apparet præſumitur nõ eſſe.
Secretum ſi tribus eſt manifeſtum, omnibus eſt diuulgatum.
Secretum iratus minimè committe.

Securitas.

Nauis anchoris duab. fluctuat minus.
Securitas eſt habitus hominem à timore liberans.
Securitas diligentes facit negligentes.
Vbi eſt ſecurítas ibi eſt bona conſciẽtia.

Seditio.

Minores, vt æquales fiant, faciunt ſeditionem.
Nullo loco ſeditionis deeſt voluntarius comes.
Nobilitas & diuitię sũt ſeditiorũ cauſa.
Seditio ciuium vrbis peſtilentia eſt.
Seditio omnia oportuniora facit inſidiantibus.
Seditionem facit omnis diuerſitas.

Senecta.

Acta ætas ac ſplendida ſenibus affert conſolationem.
Bis pueri ſiunt ſenes.
Coram cano capite conſurge.
Canities ſenectutis venerabilis eſt.
Dum vires decreſcunt in ſene, creſcit ſapientia.

Extrema ſors malorũ eſt amator ſenex.
Equuo ſeneſcenti minora onera imponenda.
Frugalitas producere ſenectutem pōt.
In ſenibus ſobrietas eſt morum perfectio requiritur.
Moroſi, iracundi, anxij, difficiles ſunt (ſenes.
Morbi & moleſtiæ ſenium accelerant.
Moleſtus vir eſt inter iuuenis ſenex.
Nemo eſt tam ſenex, qui vnum anum non putat ſe eſſe victurum.
Non conuenit iuuenis coniux ſeni viro.
Nullus magis diligit vitam, quàm qui ſeneſcit.
Optimũ obſonium eſt labor ſenectuti.
O ſola fortes garrulitate ſenes.
Omnes optant ſenectutem, adeptam reſpuunt.
Omne vitium in ſene ſeneſcit preter auaritiam.
Prope mortem ſunt ſenes.
Pulcrum ſeneſcere, & non ſeneſcere rurſum.
Præter ætatis incommoda ſenes contempti ſunt & ludibrio.
Paupertatē ferre in ſenectutē eſt miſe-(rimum.
Qui optant ſenectutem, longam optant infirmitatem.

Quo min⁹ reſtat via, plus q̄ritur viatici.
Quam magis veſtis obſoleta, tam minus curatur.
Senectus ipſa eſt morbus.
Senex eſt mortuus viuens.
Senes in ianuis, iuuenes in inſidijs moriuntur.
Senex maritus ſeruus eſt infimus.
Sibi & vicinis coniugem ducit ſenex.
Seniorum & iuniorum fętus imperfecti ſunt.
Senis eſt laudandi præterita, ſpernendi moderna.
Senes ſunt attentiores, quàm ſat eſt.
Sed iā felicior ætas terga dedit tremuloque gradu venit ægra ſenectus.
Senecta eſt principium corruptionis.
Senecta eſt frigida & ſica.
Senilis ſermo libenter eſt à iuuenibus audiendus.
Senex egenus res miſerima.
Sènex fortunæ bona quęrit, vt ętatis defectibus ſubueniat.
Vetuſta corpora paruo lapſu quieſcūt.

Senſus.

Exceſſus ſenſibilis opprimit ſenſum.
Nihil eſt in ſenſu, quod prius non fuerit in intellectu.

Séſus eſt magis attendḗdus, quã verba.
Senſib. minus reſpõdet aliquãdo verba.
Senſus pluribus intentus, eſt minor ad ſingula.
Senſus in iuuenibus rationi dominatur.

Sententia.

Multorũ quoniã melio ſententia ſéper.
Nunquam eſt laudata in vna ſententia perpetua permanſio.
Quot homines tot ſententiæ.
Rarò omnibus placet ſentẽtia optima.
Sententia moralis virtutem amplecti, vitium fugere docet.
Sententia quæ docet, ſalutem affert.
Sententia moralis eſt gubernaculum vitæ humanæ.

Sermo.

Antequam loquaris diſce.
Audiendi, quã loquendi ſtudioſior eſto.
Bonus ſermo ſecreta non quærit.
Eſt tempus quando nil, & quando dicendum.
Interpres mentis eſt oratio.
Iuuenes nimiũ, ſenes vtilius loquuntur.
Imago animi ſermo eſt, & qualis vir talis oratio.
In longum protractus ſermo caret intelligentia.

Lin-

Linguarum diuerſitas hominem alienat ab homine.

Noli citò loqui, eſt enim īſaniæ indiciū.

Quod locuturus es diu conſidera.

Quod bene dicitur, repetere non nocet.

Senilis ſermo eſt libenter audiendus.

Sermo latet ſacer ſub forma fabulæ.

Sermo debet eſſe ornatior ſententijs, quàm verbis.

Sermo dicentis non eſt interrūpendus.

Vbi auditus non eſt non efundas ſermonem.

Vt æra tinnitu, ſic ſermone homines cognoſcimus.

Vti debemus noto & patrio ſermone.

Seruus.

Durū inuiſū & graue eſt ſeruitia ferre.

Emori potius, quàm ſeruire præſtat.

Mors ſeruituti, turpidinique eſt anteponenda.

Nolim miniſtrum, qui ſit hero doctior.

Negātes mala comiſſa, ſerui magis flagellantur.

Non hero nocet ſeruorum diſcordia.

Nulla ſeruitus turpior voluntaria.

Nil niſi ſordidum à ſeruili contubernio trahas.

Natura liberos gignit, ſeruos fortuna (facit.

Nihil eſt fędius ſeruitute ad decus, & liberalitatem nati ſumus.
Nõ decet ſuperbum hoĩem eſſe ſeruũ.
Nulla poſſeſſio eſt iucũdior ſeruo fideli.
Oportet ſeruo operam, & victum dare ſufficientem.
Omnis ſeruitus miſera eſt.
Seruus eſt, qui ſuis voluptatibus ſeruit.
Seruire multis ſortis eſt miſerimæ.
Seruum decet ſilentium.
Serui ære parati iniuſta imperia dominorum non ſufferunt.
Seruus fidelis, dño abſente, probatur.
Seruorum præcipuum vitium eſt loquacitas.
Totidem sũt hoſtes, quot domini ſerui.

Sicarius.

Nemo vir probus perturbari debet ſupplicio paricidarũ & ſicariorum, immo potius lætari debet. (pernitioſi.
Sunt Reipublicæ ſicarij inutiles, immò
Sicarij præter ad malum inutiles nati.
Vt malæ ab holitore herbæ, ita ſicarij ſunt erradicandi.
Viles contra hoſtes, ſtrenui contra ſuos ſunt ſicarij.
Vt canes Actheonem, ita ſicarij dilacerant herum.

Si-

Signum.

Clarior quo fulſit ignis, hoc citius extinguitur.
Hirſutus fallax iraſcēs prodigus audex.
Lineamenta corporis animi virtutis ſigna ſunt.
Molles carne apti sūt ad philoſophiam.
Multa mala ex leuibus vitat mens prouida ſignis.
Signa iminentib. malis pręcedere ſolēt.
Signa quędam ſcelerum sūt notiſſima.
Signis opus eſt apud non intelligentes.
Vir ex viſu & veſtitu ſępe cognoſcitur.

Silentium.

Dixiſſe me aliquando penituit, tacuiſſe verò nunquam.
Ignorat loqui qui tacere neſcit. (verbū.
Nil nocet incuſum labijs comprimere
Nimis ne loquaris, eſt ſp. tacere vitium.
Quis minor eſt aūt quā tacuiſſe labor.
Rectè ſcit dicere, q ſcit ordinate tacere
Silentium mulierem per quam decet.
Silentio debito homini nihil vtilius.
Sępius verace voce melius eſt ſilentiū.
Silentium ſapientię, loquacitas ſtultitiæ ſignum.
Silentium ſapientibus loco reſponſi eſt.
Si tacet haud quidquā diſtat ſapiētib. amens.

Similitudo.

Æqualis æqualem delectat.

Fur furem cognoſcit, & lupus lupum.

Falſitatis mater eſt ſimilitudo.

Graculus ſemper ad graculum.

Omne ſimile appetit ſuum ſimile.

Omnibus in rebus ſimilitudo ſatietatis eſt mater.

Similitudo & exéplũ maximè mouent.

Simplicitas.

Nulla res ſimplicitate in amicitia melius.

Simplicitatem diligit Deus.

Simplicitas eſt via philoſophiæ.

Sĩplicitas quaſi dicitur ſine plicatione.

Simpliciſſimus eſt Deus & ſimplicitate gaudet.

Simplicitas infantiæ beneuolentiam affert.

Sobrietas.

Diſcite quam paruo liceat producere vitam.

Et corpus & mentem leuem ad operãdum reddit ſobrietas.

Facillimè viuit, qui paucis cõtentus eſt.

Fames eſt ſitis optimè condit omnia.

In edendo deficere, quàm excedere ſalubrius eſt.

Mente rectè vti non poſſimus multo cibo.

Non

Non eſt dignus nomine romano, qui frugalitate non vtitur.
Qui ad naturam viuit, nunquam erit pauper.
Sobrietas vitæ cuſtos, mater valetudinis, ſapientiæ comes, pacis amica.
Salubrium conſiliorum parens eſt ſobrietas.
Sobrietas virtutum, ebrietas vitiorum mater.
Tãtum cibi eſt, & potionis adhibẽdũ, vt recreentur vires, non opprimãtur.
Tenue prandium optimè condit cænã.
Vt viuam eſſe debet, viuere non vt edã.
Victus cultuque corporis non ad uoluptatem, ſed ad valetudinem, & vires referantur.
Viget animus & corpus in ſobrietate.

Socius.

Blandus & comes eſto in congreſſu.
Bonus cum malo fit malus, & contra non fit.
Comes facũdus pro vehiculo eſt in via.
Ex conuerſatione æquali naſcitur contemptus.
Fętidum vas aquas infuſas corrumpit.
Melius eſt malorum odium, quam commertium.

Mala plurima mala ſocietas affert.
Non benè cum ſocijs regna Venuſque manet.
Nulli⁹ boni iucũda poſſeſſio ſine ſocio.
Non ſit ſocius gaudij, qui non fuerit & laboris.
Sociorum alienatio eſt velut membri corporis alienatio.
Socius prauus eſt qui impedit commune opus.
Societas mala res eſt contagioſa.
Vnus nihil duo plurima poſſunt.
Verum ſociũ mundus emere nequiret.

Solicitudo.

Sed propera, nec te venturas differ in horas. (erit.
Qui non eſt hedie cras minus aptus
Solecitudo õne magnũ conficit opus.
Solecitudo plus valet, quàm vires.

Solitudo.

Hominẽ ſolũ quęuis ãguſta fortuna alit
Malum quod nemo videt, nemo arguit.
Nihil mihi amicius ſolitudine.
Nihil amat natura omnino ſolitarium.
Qui communi conſuetudine non delectatur, aut beſtia, aut deus eſt.
Sapiens nunquam poteſt eſſe ſolus.
Scola ſapientiæ eſt libera ſolitudo.

Soli-

Solitudine multa vitia vitantur.

Solitudo eſt loc⁹ idone⁹ ad philoſophiā.

Tutius ſolus, quam male ſociatus.

Tutum eſt ſtudium in ſolitudine.

Vnus vir non poteſt videre omnia.

Vnius nuncij imbecillis pugna.

Vox vnius, vox nullius

Somnium.

Quæ quis vigilans optauit ſomniat.

Quodā fantaſma in ſomno ſomniū eſt.

Somniātur, ea quę vigilās deſiderātur.

Viſa ferè curas referant nocturna diurnas.

Vulgus ob ignorantiam ſomnia credit.

Somnus.

Inter cænam ſomnum interualllum aliquod intercedat.

Septena in ſomnis eſt ſatis hora meis.

Somnus eſt altiſſimus in ſecūda vigilia.

Somne quies rerū placidiſſime ſomne deorum.

Pax animi quem cura fugit tu pectora duris.

Feſſa miniſterijs mulces reparaſque laborem.

Sōnus meridianus ſit breuis aut nullus.

Somnus ſit ad naturæ neceſſitatem, non ad voluptatem.

Som-

Somnus omnium morborũ curatio eſt.
Somnus immoderatus non eſt viui, ſed mortui.
Somnus, & corpori, & menti ſalutem affert.
Somnus eſt requies data mortalibus, ob ſalutem.
Suauiſſimus palpebris eſt ſomnus ob aurora.
Somnus eſt vinculum omnium ſenſuũ.
Stulte quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago?
Longa quieſcendi tẽpora fata dabunt.
Somnus ex complectionis humiditate oritur.
Triſtitia ſomno mitigatur.

Sors.

Nulla ſors longa eſt, dolor ac voluptas viciſſim cedunt, breuior voluptas.
Nemo eſt ſuâ ſorte contentus.
Præſentem ſortem boni conſule.
Quemq; ſua ſorte decet eſſe contentũ.
Rebus in aduerſis mala non fallitur.
Sors omnia cum tempore verſat.
Tua omnia vni naui nunquam credito.

Spectaculum.

Spectator duplex alter ingenuus & doctus, alter vilis & indoctus.

Spe-

Spectaculum ob populi delectationem inuentum.

Spectacula Romæ beneuolentiã plebis acquirebant.

Spes.

Credulam vitam ſpes facit, & melius cras fore ſemper ait.

Cuncta hõi, quoad viuit ſperanda ſunt.

Deſperat de creatore, qui ſpem in creatura ponit.

Inſperata ſæpius accidunt, quàm quæ ſperes.

Nemeſis iubit ſolum licitũ ſperandum.

Poſt tenebras ſpero lucem.

Qui in infideli ſpem ponit, hyeme perdit pallium.

Spes prætio non emo.

Spes conſeruat afflictos & exules.

Spes temerariæ ſepe fallunt homines.

Sola ſpes in miſerijs conſolari ſolet.

Spes vitæ ęternæ lætitiam faciunt.

Spes futurorum bonorum præſentem fortunam lenit.

Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutẽ.

Sterilitas.

Cruciatur diues ſucceſſorum non habens.

Nuptię ſteriles habent iurgia.

Sterilitas à domino venit.
Sterilitas non reddit quod accepit.

Stomachus.

Faſtidicentis ſtomachi eſt multa deguſtare.
Ieiunus rarò ſtomachus vulgaria ténit.
Inquinant, & non alunt diuerſæ dapes.
Nil melius ſtomacho parſimonia.
Stomacho eſurienti amara dulcia eſſe videntur.
Scribere ſtomacho offendere ſolet.
Stomachus omnes morbos gignit.

Strenuus.

Aduerſus homines duos nec Hercules quidem.
Pace quos cernis feroces, cernes bello profugos. (gnat.
Strenuus non in ſuos, ſed in hoſtes pu-
Valet vix cōſilio ſtrenua manus. (tas.
Vbi eſt honor & probitas ibi eſt ſtrenui-

Studium.

Corpus laboribus, animus ſtudio creſcere ſolet. (ritur.
Ex liteaarum ſtudijs imortalitas acqui-
Locubraturus nihil, niſi aquam bibebat Demoſthènes.
Quid dulcius, & vtilius ſtudio litterarū.
Studio litterę parantur, & conſeruātur.

Stu-

Studia ſecreta maximè conducunt.
Studia vana ſunt, niſi adſit mens ipſa.
Studijs quod minimè impertitur tempus, perditur.
Studijs & diuitijs pariter vacare nō pōt.
Semper diſcendum quàm diu viuimus.
Studiū generat ſtudiū, ignauia ignauiā.
Studium à te ſcorta maximè coercet.
Studiū eſt animę aſſidua, & vehemens applicatio ad aliquid agendum, cum ſumma voluptate occupata.
Studium & parſimonia nimia palorem inducunt.
Vnicū doloris leuamentum eſt ſtudiū.

Stultitia.

Ad caput ſaxū impingere dementis eſt.
Ad menſuram aquam bibit, citra menſuram offam comœdit.
Cum tacet haud quidquam diſtat ſapientibus amens.
Eſt proprium ſtultitię aliorum cernere vitia, obliuiſci ſuorum.
Ex mente ſtulta ſermo ſtultus fluit.
In nihil ſapiendo eſt vita iucundiſſima.
Inſcipiens eſto, cum tempus poſtulat, aut res.
Ingeniū ſommum nullum ſine dementia.
Malo accepto ſtultus ſapit.

Non accipit ſtultus verba prudētiæ, niſi ea dixiris, quę verſātur in corde eius.
Omnium malorum ſtultitia eſt mater.
Orant gręci ſapientes, ſed ſtulti iudicāt.
Stultitiæ plena ſunt omnia.
Stulto nulla re opus eſt.
Stultus, omiſſo fonte, quærit riuolos.
Stultiſſimum eſt docere alios, ꝙ neſcis.
Stultus, ob ignorantiam cenſet ſe ſapiētiorem ſapiente.
Stultus digito loquitur.
Stultus diues mancipium eſt aureum.
Tantò plus eſt ſtultior, quantò plus conatur ſapiens videri.

Subditus.

Ferendū eſt imperiū, quo opprimimur.
Genus obſequij iudicatur, vitā & mores regis imitari.
Nemo quem metuit diligit.
Nemo alienigenā dominū pati vellet.
Peccatum ſubditi culpa paſtoris iudicatur.
Subditi morigeri ſint, & amantes magiſtratus.
Sēper prę ſens ſtatus ſubditi eſt moleſt⁹.
Sequi debet caput omne membrum.

Sumptus.

Fac ſumptū propere cum res deſiderat (ipſa.

Non

Non eſſe emacem vectigal eſt.
Non poteſt conſiſtere quæſtus, ſi ſumptus ante it.
Paruæ expenſæ ſæpe factæ conſumant patrimonium.
Sũptus ſuperborum oĩs eſt ſuperfluus.

Superbia.

Angelos ad tartara corruit ſuperbia.
Bonis grauior eſt crudelitate ſuperbia.
Contentionem mater eſt ſuperbia.
Citò ignominia fit ſuperbi gloria.
Diuitem nõ eſſe ſuperbum eſt difficile.
Eſt vitium muliebre ſuperia & arguit oris.
Duritiem & ſenſus qualis ineſt lapidi.
Etiam ſubeſt ſilentio ſuperbia.
Faſtus ineſt pulcris, ſequitur ſuperbia formam.
Iracundi & ſuperbi, quam vis fortes, nõ ſunt idonei ad Rempublicam gubernandam.
Omnium malorum radix, omnium vitiorum regina eſt ſuperbia.
Quattuor ſuperbiæ rotæ trahũt currũ. amor dominandi, amor propriæ laudis, contemptus & inobedientia, iumenta duo, iactantia, & arrogantia, cuius auriga eſt ſpiritus infernalis.

Superbus minores deſpicit, maioribus inuidet.
Superbia homines à Deo ſeparat.
Superbi precibus contumatiores fiunt.
Superbi difficile corriguntur.
Superbia ſemper eſt comes fœlicibus.
Súptus ſuperborũ ſéper eſt ſuperfluus.
Superbia omnia vitia in ſe continet.
Superbia de cęlo deſcēdit cum diabolo.
Superbia eſt elatio, quę inferiorem deſpiciens, ſuperioribus & paribus ſatagit dominari.
Superbia non eſt ſine puſillanimitate.
Tumidus ſecundis, timidus eſt idem in malis.
Vbi eſt ſuperbia non eſt ſapientia.
Vitioſus diligit vitioſum, & ſolus ſuperbus odit ſuperbum.

Suſpitio.

Longe à te ſuſpitionem abijcito.
Suſpitioſi omnia ad contumeliam accipiunt, & id propter impotentiam.
Suſpitio tibi ipſa riuales parit.
Suſpitio graue eſt hominibus malum.
Suſpitio calumniam parit.
Suſpitioſi ſigna malè interpretantur.

Taciturnitas.

Cũ tacet haud quidquã diſtat ſapiẽtib. (amãs.
Dif-

Difficile eſt tacere cum doleas.

Malum hominem tacendo, quàm reſpondendo ſuperabis.

Non ſunt omnia flagitia proferenda.

Nil nocet incluſum labijs comprimere verbum.

Qui tacet non fatetur, ſed vtique negare videtur.

Recte ſcit dicere, qui ſcit ordinate tacere.

Tacere noli quando non oportet.

Tarditas.

Deus tarditatem ſupplicij cum grauitate compenſat.

Non eſt contemnenda mora, quæ fructus affert vberimos.

Sæpe tardus oſſequitur velócem.

Tardo ingenio pueri interdum ingenioſos ſuperant.

Temeritas.

Inſcitiæ temeritas prima filia eſt.

Nihil ſentire eſt melius, quàm temere ſentire.

Omnis actio vacare debet temeritate, & negligentia.

Temeritas cum ſapientia non comiſcetur.

Temeritas eſt impetus ſine rōne.

Temeritas in numero ꝑcipitauit homines.

Tem-

Temperantia.

Cuſtos vitæ humanę temperantia eſt.
Oīs humana turba expers tēperātia eſt.
Temperās abſentia abſtinentiaque voluptatum, nullo dolore afficitur.
Temperantia ex voluptatum moderatione conſtat.
Temperantia eſt libidinum inimica.
Tēperantia augēt animi magnitudinē.
Temperantia mentis & corporis medicina.
Temperantia ventrem benè moratum (reddit.
Vigorem corporis & mentis conſeruat temperantia.
Virtutis portus tutus eſt temperantia.

Tempus.

Alijs temporibus alia conueniunt.
Cōſiliārius nemo eſt tempore melior.
Celerimè tēpus res omnes tranſmutat.
Cuncta parit tempus veritatis pater.
Certus eſt tempus plantandi, & certus arandi.
Cum poma fugiunt ſunt gratiſſima.
Damnoſius nihil eſt iactura temporis.
Differe honeſtum noxium eſt.
Ducit ad lucem veritatem tempus.
Dormientibus, & operantibus eſt delectabile tempus.

Exeat

Exeat prius è vita, qui in vitam venit prius.
Eſt ſua cuique rei tempeſtiuitas.
Fallitur extremam, qui ſe conducit ad horam.
Ipſa dies facit hominem prudentem.
Lõga dies docuit homini parere leoni.
Longa dies molli ſaxa per edit aqua.
Mos eſt poſterioris de tempore conquęrendi.
Nihil eſt tam durum, quod tempus non diſſoluat.
Nullum ad nocendum tempus j anguſtum eſt malis.
Ne tempori credideris.
Nihil eſt quod nõ concoquatur tẽpore.
Nihil eſt quod longinquitas temporis efficere non poſſit.
Non ſunt diuturna, in altum quæ ſubitò creſcunt.
Non poteſt in eo ſucus eſſe diurnus, qui maturitatem eſt nimis celeriter aſſequutus.
Nulla res tempore pręcioſior.
Nil in vita tempore pręcioſius.
Oĩa cum tẽpore fiunt, & corrũpuntur.
Oĩa probè fiunt, cũ fiunt tempore ſuo.
O quam eſt odioſa procraſtinatio.
Præ-

Prçterita nō prçteriјſse impoſſibile eſt.
Præterita magis reprçhendi quàm corrigi poſſunt.
Qui prior eſt tempore, prior eſt iurè.
Quod ſtudijs minimè impertitur tempus, perditur.
Quæ diu creuere vel hora extirpātur arbores.
Qui primus venit, primus molit.
Quod tempus parum diſtat, nihil diſtare videtur.
Sed propera nec te venturas differ in horas. (erit.
Qui non eſt hodie çras minus aptus
Sequitur hyem ver, & pluuiā ſerenitas.
Satis citò fit, quod rectè & bene fit.
Seruiant res tēpori, nō rebus tempora.
Sapientis eſt temporis cedere.
Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci.
Tēpore lenta pati fræna docentur equi.
Tempore nil currit velocius annus & hora. Quid diſtat? infans cum naſcitur ecce ſeneſcit.
Tempus non remeat tacitas, qui præterit horas.
Tēpus eſt omnium rerū pater, & edax.
Tēpus nullū eſt infructuoſè trāſeundū.

Tem-

Tẽpore creſcunt,& declinantur regna.
Tẽpus amiſſum nunquã recuperatur.
Tempus omnia perta reuilat.
Tempus moleſtiam,& dolorem lauare ſolet.
Tẽpus breue nõ eſt,nos facimus breue.
Tempus, locuſque hominum mutant ferociam.

Tentatio.

Fumantem naſum vrſi ne tentaueris.
Quod poſſis tentaueris, non quod vis.
Tentare aliquando non nocet.
Tentanda non ſunt, quæ non poſſunt effici.
Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis.
Vnuſquiſque ſe diſcit tentatione.

Teſtis.

In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum.
In propria cauſa nemo teſtis idone⁹ eſt.
Nullum putaueris locũ ſine eſſe teſtẽ, nam coram Deo omnia fiunt.
Plus eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti decem.
Teſtis non tenetur recordare de tempore.
Teſtimonium proprium ſuſpectũ eſt.

Terra.

Cuncta parit & accipit tellus.
Non omnis fert omnia tellus.
Omnia quæ de terra ſunt in terram cõuertuntur.
Qui terrena deſiderat cęleſtia cõtẽnit.
Terra fertilis & mollis, molles & ignauos gignit.

Timidus.

Audaces magis quã timidi laudãdi sũt.
Et mentem, & vires timiditas minuit.
Formiduloſi etiam vmbram timẽt ſuã.
Innocentia eſt timoris expers.
Multos timere dẽt, quem multi timent.
Timidos nulla arma, nulla tęxerint ſat męnia.
Timidi colores mutantur aliter alias.
Timidi eſt optare necẽm.

Timiditas.

Animal pauidum eſt magni cordis.
Audaces magis quàm timidi laudandi ſunt.
Canes timidi vehementius latrant.
Cum feriant vnum, non vnum fulmina terrent, Iũctaque percuſſo turba pauere ſolet.
Cogit in vnum metus communis.
Deum time & eius obſerua mandata.

Metui inuidioſum, & deteſtabile eſt.
Metus plurimum cõfert ad diligẽtiam cuſtodiendam.
Magnum exercitum *ſæpe* fugat timor, & hoſtium impetus.
Natura docet quæ timenda ſunt.
Pedibus timor addit alas.
Plus in timendo eſt mali, quàm quod timetur.
Quem metuunt oderunt, & perijſe expetunt.
Quidquid timetur citiùs euenit.
Stultum eſt timere quod vitare nõ põt.
Sapiens metuendo omnia vitat mala.
Timiditas homines deterret à turpib9.
Timor eſt reſtis nequitiæ impiorum.
Timidos nulla arma, nulla texerint *ſat* menia.
Timor pęnam habet, amor ſuauitatẽ.
Timidi colores mutantur aliter alias.
Timor ſine *ſpe* in diſperationem precipit.
Timidi eſt optare necem.
Vires ſubtrahit ipſe timor.
Vbi eſt timor eſt etiam pudor.
Vtrãq; timidi eſt velle, & nõ velle mori.

Tolleratio.

Feras, qđ lædit vt ꝙ prodeſt proferas.

Non ſcandit ad cęlũ tribulatione carẽs.
Niſi per tribulationes itur ad aſtra.
Omnia breuia tolerabilia eſſe debent, etiam ſi magna. (metet.
Qui ſeminat in ſpinis, in exultatione
Quod neceſſe eſt fer, bonique conſule.
Quod fuit durum, pati meminiſſe iucũdum eſt.
Tolerabilius eſt aduerſa audire, quàm videre.
Tolera rat one pręſentem calamitatẽ.
Tolerare pro patria glorioſum eſt.

Totum.

Plus ſẽper in ſe cõtinet, quod ex minus.
Totum habet medium principium & finem. (partium.
Totum nihil aliud, quàm congregatio

Tranquillitas.

Tranquillo mari eſt aptus quilibet gubernator.
Tranquillitas animi à bona conſcientia naſcitur.
Trãquillis reb. quę sũt aduerſa cauato.
Trãquillitas maris iterũ doctilos petit.

Tribulatio.

Afflictio optimũ quãdoq; remediũ eſt.
Abſque perſecutione nullus ſeruus erit Dei.

Deus

Deus nos flagellat idoneis temporibus.
Non niſi per tribulationẽ itur ad cœlũ.
Quiſq; erit ſine cruce, erit & ſine luce.
Quem diligit Deus flagellat.
Quę nos premunt ad Deum nos ire cõpellunt.
Rebus in anguſtis facile eſt cõtemnere vitam.
Fortiter ille facit qui miſer eſſe poteſt.
Tribulatio cordis eſt merces pęnitẽtis.
Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis.

Triſtita.

Caret ſemper ægritudine ſapiens.
Ægritudo eſt opinio mali præſentis.
Ægritudo lacerat, exeſt, planeq; cõficit.
Ægritudo hominem ſomno priuat.
Melancholici natura ſunt ingenioſi.
Melius eſt corpore, quàm aĩo ęgrotare.
Merores hominibus pariunt morbos.
Melancholici naturaliter ſemper indigent medicina.
Nõ minus homini triſtitia, quàm tinea ligno nocet.
Perturbatio eſt contra rationem & natura animi commotio.
Triſtitia ſomno mitigatur.
Triſtibus Deus ſemper læta miſcit.

Triſtitia ægritudinum eſt maxima.

Triſtis ex propinquo habet iram.

Triſtitiam omnem pellit philoſophia.

Vis nunquam eſſe triſtis? bene viue.

Turpitudo.

Corporis deformitas non fędat animũ.

Nihil eſt malum, niſi quod turpe aut vitioſum eſt.

Oĩa ſic facito ceu neminem celaturus.

Pulcra facie ſæpe inueni peſſimos.

Turpis bonis actionibus naturæ compenſet defectum.

Turpia facta ſunt & turpia dictu.

Tyrannis.

Diu durare nequit vis tyrannica.

Execrabilis & breuis eſt vis tyrannica.

Fiſcus exanimis replendus eſt innocentium bonis.

Fidit tyrannus, non niſi mercenarijs.

Opulentia tyranni eſt ſubditorum paupertas.

Publicum donare plebi, gradus eſt ad tyrannidem.

Qui ex rapinis offert ſacrificium, tyrãnus eſt.

Qui petit cuſtodiã aſpirat ad tyrãnidẽ.

Regni tranſitus tyrannis eſt.

Sapientes inuiſi ſunt tyrannis, quòd no-

nolunt eis ſeruire.
Tyrannus ſuam, rex ſubditorum vtilitatem ſpectat.
Tyrannorum tanta eſt in initio dexteritas, vt eorum dolos nemo intelligere queat.

Vanitas.

Cuncta, riſus, puluis, nihil.
O curas hominum, ò quantum eſt in rebus inane.
Optare vanũ eſt, quod habere nequit.
Puluis & vmbra omnes ſumus.
Quam ſunt vanæ ſpes, & cogitationes humanæ.
Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

Varietas.

Eſt iucundum, id quod eſt varium.
Nũc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere fulget.
Omne varium eſt ſenſibus delectabile.
Varietas ſatietatem & faſtidium in rebus aufert.

Venia.

Facilitas veniæ cauſa eſt delinquendi.
Ignoſce inimicis, Deum ſi vis tibi ignoſcere.
Impunitas inuitat homines ad malè agendum.

Qui de malis pænas non ſumit, bonos iniurijs afficit.
Si imbecilior eſt qui te ledit parce illi, ſi fortior tibi.
Vltione ſemper melior fuit venia.
Vnius ſupplicium multorum improbitatem coercet.

Venter.

Animalia parum ſe mouentia ventre pingueſcunt.
Ieiunus venter non audit verba libẽter.
Magiſter artis, & ingenij eſt largitor venter.
Perdit repentè vẽter, quidquid accipit.
Vẽtri obedietes ĩter bruta enumerãdi.
Venter ſaturus inſoleſcit.

Venus.

Crebra venus neruos, animum, vim, lumina, corpus.
Debilitat, molit, ſuripit, orbat, edit.
Incipientibus venerem vox mutatur in virilem.
Suſtentata verns gratiſſima: frigore ſoles,
Sole iuuant vmbræ, grata fit vnda ſiti.
Sine cerere & bacchos frigeſcit venus.
Tam hyeme, quàm æſtate venus letale venenum eſt.

Viri

Viri vbi ad vxoré ventū eſt,fiunt ſenes.
Venus virtutem diſgeſtiuam maximè proſternit.

Ver.

Bruma niues profert, flores ſunt veris amęne.
Temporibus veris modicum prandere iuberis,at calor ęſtatis dapibus nocet immoderatis.
Autumnus fructus caueas, ne ſint tibi luctus. De menſa ſume quantumuis tęmpore brumæ.
Vere ſoluuntur mortales ex brumali carcere.

Verbum.

A verbis ad verbera ſæpe homines reducuntur.
Ambitioſa verbrum copia orationem reddit obſcuram.
Et ſemel emiſſum volat inreuocabile verbum.
Non opus eſt verbis,vbi rerum teſtimonia adſunt.
Non ſatis eſt tutum mellitis credere verbis.
Verbis inaniter iactes,vbi rebus opus eſt.
Verbis homines, funibus cornua ligan(tur.

Veritas.

Amicus Plato, amicus Sacratos, ſed magis amica veritas.
Cum adſit virtus veſtigia quæris?
Finitima ſunt falſa veris.
Lingua errans interdum vera dicit.
Nimium altercando veritas amittitur.
Non omne quod videtur verum eſt.
Non poſſimus veritatem ſine cauſa cognoſcere.
Obſequiū amicos, veritas odium parit.
Rumor mora ſeneſcit, creſcit veritas.
Res falſas, ſi credas vice veri eſt.
Veritatis cognitio, eſt animæ cibus.
Venit interdum veritas in lucem, non quæſita.
Veritas in occulto latet.
Veritas laboratur ſæpe, extinguitur nunquam.
Veritatis inueſtigatio eſt hominis proprium.
Verum dicere periculo caret.

Victoria.

Bis vincit, qui ſe in victoria vincit.
Ciuilis omnis funeſta eſt victoria.
Clarior victoria eſt, quò clarior eſt quē viceris.
Cura ducī ſit, vt minima ciuium iactura

ra paretur victoria.
Eſt ſtatuum,& non fugentium victoria.
Eluitur omnis dedecus victoria.
Facilè eſt vincere non repugnantem.
Hectora q̃s noſcit, fęlix ſi Troia fuiſſet
Publica virtutis per mala via facta eſt.
Ibi eſt victoria vbi eſt concordia.
Longa belli præparatio celerem facit victoriam.
Non eſt victoria glorioſa, niſi fuerit laborioſa.
Nunc ſortis, nunc virtutis eſt victoria.
Nulla ſpecioſior eſt victoria, quàm quę aperta virtute obtinetur.
Quodcũque licet facere victoria licet.
Quæ parta facilè eſt, temnitur victoria.
Qui armis vincit à vitijs ſępe vincitur.
Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ.
Sectare prędam deſtruere eſt victoriã.
Sæpe plus victoria perdit, quàm quæſiuerat.
Victoriam aſſequi nihil eſt, ſi victoriã neſcis vti.
Victoria magno empta, non victoria, ſed calamitas.
Victoria dulcedo excludit oĩs moleſtiæ ſenſum.
Vera victoria quæ ſalua fide & integritate paratur.

Vbi pugna dura, ibi clatior victoria.
Victoria vti honeſta, alia eſt victoria.
Victoria eſt ſemper inſolens.
Victoria &c, honor in rebus honeſtis ponatur.

Victus.

Melius à ciue ſpoliari, quàm ab hoſte venire.
Spoliare victos fas eſt iure bellico.
Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutẽ.
Victo ſolet eſſe ſolatium ab hoſte ſtrenuo vinci.

Vidua.

Minime docilis eſt vidua ad illa q̃ velis.
Mulier priuata viro, priuata eſt vita.
Nulla vidua habet defenſorem.
Si amas viduam adde diuitias, alioquin ne ducas.
Nam animal peſſimum eſt vidua.
Vidua in concupiſcentia grauius, quàm virgo peccat.
Viduę vacare dẽnt, prçceteris orationi.

Vigilantia.

Rempublicam adminiſtrantis ſemper intereſt vigilare.
Vigilantia & labore opus eſt ad vitam rectè gerendam.
Vigilandam eſt ſemper, multæ ſunt inſidiæ doloſi.

Vigilandum eſt bonis, ob malorum inuidiam & prauitatem.
Vigilantiæ grux eſt ſimbolum.
Vigilando agendo operando quod poſſis, paratur è cælo fauor.

Vindicta.

Frater fratris necem vlciſcitur.
Ineſt & formicis ſua bilis.
In vlciſcendis vitijs, ſæpe crudelitas fit, & iuſtitia putatur.
Maxima vindicta eſt ignoſcere.
Nobiliſſimũ vindictæ genus eſt parcere.
Nobile vindictæ genus eſt ignoſcere victo.
Sępe vindicta fuit pernitioſa vindicatori.
Si vis vindicare ſile, & ei funeſtam dediſti plagam.
Vindicta in corde poſita eſt nocentior vipera.
Vindicta nemo magis gaudet, quàm fœmina.
Vltio vltorem vocat, & cædes cædes.
Vindicta à magnanimis procul.

Vinum.

Bacchus hoſtis domeſticus eſt.
Cordis feneſtra nõ ſinit clauſas merũ.
Cauendum eſt vinum, quod non ſitientem inuitat.

Capitale Romanis fuit mulieribus vinum attingere.

Fecundi calices, quē nō fecere diſertū.

Hominem illico diuerſa vina inebriāt.

Gratiùs *ex ipſo fonte bibuntur aquæ.*

Immoderatum merum nos parum ſapere cogit.

Inter pocula non eſt admonendum.

Inuitamentum libidinis eſt vinum.

In ira, in vino, in puero ſemper veritas.

Liberis nocet potare vinum.

Largiùs fruere baccho, ſi citò vis fieri ſenex.

Minus cęteris fęminę in vino capiūtur.

Multos merum, plures felicitas obruit.

Noctę nocent potæ, ſine noxe luce bibuntur.

Non adeſt hilaritas abſente baccho.

Obliuionis vtique bacchus eſt parens.

Optimum meri eſt medium, olei ſummum, melis infimum.

Optimum fit vinum ætate, oleum peſſimum.

Perdidiſti vinum infuſa aqua.

Pueri vſque ad decimum annum, vinū ignorent.

Tres aquę partes in vino eſt mixtio optima.

Vinum vetus, & amici ſunt ſuauiſſimi.

Vina ſitim ſedent, natis venus alma creandis.
Vino forma perit, vino corrumpitur ętas.
Vinum immodicè ſumptum eſt malorum cauſa.
Vini hilaritas ſenectutis minuit moleſtias.
Vinum eſt mors memoriæ, & corporis infirmitas.
Vinum vetus lauda, noſtraſq; fabulas.
Vinum immoderatè ſumptũ eſt venenum, moderatè eſt medicamentum.
Vinũ modicè ſumptum acuit ingeniũ.
Vinum eſt remedium aduerſus ſenectutis duritiem.
Vinum facundiæ, & inuentionis pater.
Vinum ſit clarum vetus ſubtile maturum, Sit bene lynphatum ſoluẽs, moderamine ſumptum.

Violentia.

Nil violentum durabile.
Nemo inuitus bene agit.
Nulla res facilis eſt, ſi inuitus facis.
Violentia comites habet inimicitiam, & periculum.

Virginitas.

Affinitas perit quaſi cum filia.
Cãdida virginitas quàm pulcro in corpore præſtat.

Ni-

Nigraque luxuries, quàm pulcro in corpore fætet.
Cuſtodi filia, ne inuenta, occaſione, ſe obutar.
Inuptas opus eſt cura aſſeruare puellas. Peruigilis laqueos vndique tendit amor.
Materna vitia afferunt virgines.
Nulla virgo dicenda mente corrupta.
Virgines mali ne adeant, arceas etiam bonos.
Virginem habeto, tuos vt diſcat ſedula mores.
Vt corpus teneris, ſic mens infirma puellis.
Virginitas eſt ſoror angelorum, & libidinum victoria.
Virginem decet ſimplex cultus.
Virgo etiam eunucos vitet.
Virginitas difficiliter ſeruatur.
Virgo ieiunet, humilis ſit, & lateat.
Virgo vaga raro probatur.
Virgines angeli ſunt in terris.
Virgines non ſunt omnes, quæ ſimulant virginitatem.
Virginitas eſt roſæ ſimilis.

Virtus.

A viris virtus nomen mutuata eſt.
Ani-

Animi totidem vitia ſunt, quàm virtutes.
At pulcrum eſt digito monſtrari, & dicier, hic eſt.
Creſcit in aduerſis virtus.
Ei non multum poteſt obeſſe fortuna, qui ſibi firmiùs in virtute, quàm in caſu ſuum prẹſidium collocauit.
Ficus ficus ligonem ligonem vocat.
Infelix virtus, & ſolis prouida verbis Fortunam in rebus cur ſequeris dominam?
Ipſa ſe virtus ſatis oſtendit.
Ingloria eſt virtus citra periculum.
Marceſcit ſine aduerſario virtus.
Magno vbique prẹtio virtus ẹſtimatur.
Magna virtus eſt cum fẹlicitate luctari.
Nec in domo, nec in ciuitate diuite habitat virtus.
Nec eripi poteſt à fortuna virtus, nec dari.
Nulla eſt ſine labore virtus.
Nihil virtute amabilius.
Nullum tigurium nullam virtutem reſpuit.
Non ſunt audiẽdi, qui virtutem duram & quaſi ferinam eſſe volunt.

Non eſt virtus non poſſe peccare, ſed nolle.
Nulla poſſeſſio, nulla viſ auri, quàm virtus ęſtimanda eſt.
Nulla præcluſa eſt virtus, oĩbus patet.
Omne virtus in actione conſiſtit.
Omnis virtus vnita eſt fortior diſperſa.
Omnes bene viuendi rationes in virtute ſunt collocandæ, proptérea quód ſola virtus in ſua poteſtate eſt: omnia præter ea ſubiecta ſunt fortunæ dominationi.
Orbata marcet virtus aduerſario.
Poſt multa virtus opera laxari ſolet.
Propter virtutem, iurè laudamur, & in virtute rectè gloriamur.
Pulcra eſt conſertatio, vbi de virtute tractatur.
Quicunque amant virtutem amant, & Deum.
Qui non pergit in via virtutis aufertur (retro.
Rara quidem eſt virtus, quàm non fortuna gubernat.
Quæ maneat ſtabili cũ fugit illa pede.
Sed neque mutatur nigra pice lacteus humor. (hebur.
Nec quod erat cãdens fit terebyntus
Sua cuiq; eſt dos, ſua cuique eſt virtus.

Soli-

Solida virtus naſcitur magis, quàm fingitur.
Singulę virtutes magno ſudore parātur
Sępe ī puſillo corpore magna virtus eſt.
Sudore virtus quæritur non otio.
Sola virtus non datur pretio.
Tēporib. noſtris virt⁹ depreſſa tenetur.
Et auaritia philoſophiæ præponitur.
Tardis mētibus virtus non facile committitur.
Tamquam ad aſilum ad virtutem eſt confugiendum.
Tolli poteſt fortuna, virtus non poteſt.
Virtus hoībus inſtituenda & perſuadēdo nō minus, quā vi, & metu traditur.
Vtere virtute, non viribus, neque dolo.
Vilius argentū eſt auro, virtutib. aurū.
Virtus in hoſtibus etiam in admiratione eſt.
Virtus eſt loquax, non tantum ſe oſtendit, ſed ingerit.
Virtus libris expreſſa, quodammodo picta virtus eſt.
Vt roſas inter ſpinas, ſic virtus inter malos.
Virtutem præſentem odimus, amiſſam quærimus. (dulces.
Virtutis radices amaræ, fructus verò
Vir-

Virtus nobiſcum tumulum ingreditur, ſed nos poſtea educit tumulo.
Virtutis merces gloria eſt.
Virtus inuiſibilis immortalis Dei filia.
Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima eſt ſtultitia carere.
Virtus eſt fortuna comes.
Virtuoſa ſunt landanda, vitioſa vituperanda.
Virtus duplex moralis, & intellectiua.
Virtus faciliùs ad vitium, quàm vitium ad virtutem tranſit.
Virtutis laus in actione conſiſtit.
Vera virtus non eget alienis preconijs.
Virtutis via ardua eſt, & laborioſa.
Virtus poteſt ęgreſcere, mori nō poteſt.
Virtus vitiumque eiuſdem non ſunt pectoris.
Virtutem egeſtas, vitium diuitię tegūt.
Virtute vera Roma vicit, non dolo.
Virtus & ferocia ſubditorū regib. īuiſa.
Virtus affectio animi eſt conſtans conueniensq; laudabiles efficiens eos, in quibus eſt, & ipſa per ſe ſua ſpōte ſeparata, etiam vtilitate laudabilis.
Virtus ſine ſapientia eſt periculoſa temeritas.
Virtutem poſuere dij ſudore parādam,
Vir-

Virtutis habitus ex frequentibus actionibus fit.
Virtus debilitata amplius debilitatur.
Virtus eſt optimus habitus mentis.
Virtute præditi ſoli ſunt diuites.
Virtutem etiam in hoſtibus diligimus.
Virtus prope vitia magis ſe attollit.
Virtus matureſcit, ſeneſcentibus vitijs
Virtus ſemper odium parit.
Virtus eximia etiam impios rapit in amorem.

Vis.

Ars vim, ingeniũ fortitudinem ſuperat.
Abſque conſilio vis, aut parum, aut nihil valet.
Nihil ex arbitrio virum feceris, tyrannicum eſt reſpicere quantum poſſis, & non quantum licet.
Nullus ſupra vires periculum facias, nã hoc temeritatis eſt.
Nulla tanta vis, quæ ferro aut viribus debilitari non queat.
Plus eſt pręſidij in conſilio, quàm in viribus.
Vires hominum nullæ sũt apud Deum.
Vis conſilij expers mole ruit ſua.
Vbi vis ſatis non eſt adhibenda eſt aſtutia.

Vis minor naturaliter maiori cedit.

Viſus.

Plus mouent quæ videntur, quàm quæ audiuntur.

Quę videntur temporalia ſunt, quę non æterna.

Res viſibiles videntur aere mediante lucido.

Viſus eſt ſenſuum præſtantiſſimus.

Vita

Animæ & corporis dulce conſortium.

Æterno mixtã luctu mortalibus olim.

Vitam conſtituit diuum pater atquæ hominum rex.

Dimidio vitæ mortales viuunt.

Humana vita ſomno ſimilima eſt.

Homini fortunato breuis eſt vita.

Innocens vitam agit ſecuram.

Inter homines, non inter arbores, eſt vera vita.

Luſus fortunæ eſt vita hominum.

Longè miſerius eſt apud ſuos ciues cõtumeliosè vitam ducere, quàm apud alios inquiliſſimus eſſe.

Maximam laudem concinat ſumma vitæ puritas.

Militia eſt vita hominum ſuper terram.

Mo-

Momentanea vita delectat, æterna cruciat.

Melior eſt mors, quàm vita amara.

Non viuit, qui in perpetuo metu mortis viuit.

Nō hac pperuis in terra viuimus annis,
Verum quæ patria eſt noſtri ſuper aſtra locatur.

Nihil eſt rectè viuere, niſi honeſte viuere.

Nil vitæ breuitate melius.

Nulla res eſt luce pulcrius.

Nemo rectè vitam regit, niſi eam contemnit.

Nulla vita abſque dolore comite.

Nihil ſapere eſt vera vita iucūdiſſima.

Periculoſa eſt omnis vitæ mutatio.

Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam nō poteſt colere.

Quid vita niſi punctum temporis?

Quid vita noſtra niſi animæ ergaſtulū.

Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam.

Fortiter ille facit, qui miſer eſſe pōſt.

Vita fœlix eſt vita ſolitaria.

Vita factis, non ſermonibus illuſtrāda.

Vita bona non tempore, ſed actione menſuratur.

Vt enim in vita,ſic in oratione,nihil eſt dificilius, quàm quid deceat videre.
Vitam regit fortuna,non ſapientia.
Viuere noſtrum eſt militare.
Vita mortalium eſt per quàm breuis.
Vita hominum eſt inter vitã angelorũ & pecudum.
Vita fortunis egens non eſt vita.
Vita cõtẽplatiua eſt lõgè melior actiua.
Vitam non annis,ſed operibus mentiũtur ſapientes.
Vita animalis eſt calidum &humidum.
Vita vitæ nomen habet,ſed re vera labor eſt.
Vita eſt mãſio animę in calido naturali.
Vita noſtra ſimilis eſt aquæ bullæ.
Vita eſt breuis atamen dulcis.
Vita non eſt vita, ſed calamitas.
Vita ſolitaria eſt bonis paradiſum.
Vita ſolitaria eſt vera ſcola ſapientiæ.

Vitium.

Age quæ iuſta ſunt,& à vitio abſtine.
Amici vitia,ſi feras,facies tua.
Creſcentẽ potentia,creſcit vitium.
Ex vitio alterius ſapiens emendat ſuũ.
Fallit homines vitium ſpetie virtutis.
Haud facile tegimus vitia,quæ à pueris nobiſcum adoleuerunt.

Ho-

Homines magis ad vitia, quàm ad virtutem proni.

Non coeunt vitia cum virtutibus.

Pacem cum hominibus, bellum cum vitijs habe.

Pluit vitium, vbi pluit aurum.

Qui armis vincit à vitijs ſæpe vincitur.

Sponte reuertuntur vitia intermiſſa.

Via vitiorum lata eſt, & decliuis.

Vnicuique dedit vitium, natura creato.

Voluntas.

Apud Deum voluntas pro facto reputatur.

In arbitrio noſtro eſt bene, maleque facere.

Pro facto valet bona, vel praua intẽtio.

Si deſunt, vires tamen eſt laudanda voluntas.

Voluntati nec leges nec principes imperari.

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Volens omnia nihil amplectitur.

Voluptas.

Amplecti voluptates, fœminarum eſt.

Cui voluptas eſt cura ventrem habet Deum.

Capra petit cythiſum, ſequitur lupus ipſe capellam.

Frangit voluptas arma, quæ nõ vicerũt.
Facile homo choibet iram, quàm voluptates.
Hamus piſces, voluptas mortales capit.
In voluptatis regno nequit conſiſtere virtus.
Impedit conſiliũ voluptas, & eſt rationi inimica.
Luxus & otium corrumpunt naturam.
Muſcæ ſequuntur mel, cadauera lupi.
Mortis eſt fabricatrix voluptas.
Nulla eſt voluptas, quæ aſſiduitate ſuî faſtidium non pariat.
Neceſſitate non voluptate vtendum.
Nos amplectitur voluptas, vt ſtrãgulet.
Nõ eſt philoſophi voluptati indulgere.
O nulla peſtis capitalior hominibus voluptate.
Qui virtute potiri deſiderat voluptates fugiat.
Refrenationes ſunt voluptatum medicinæ.
Semper famem habet voluptas.
Trahit ſua quemque voluptas.
Voluptas animum à virtute detorquet.
Voluptas eſt iucũdus in ſẽſibus motus.
Voluptas emollit viros indomitos.
Voluptati repugnare difficile eſt.

Voluptatibus interdum animi ægritudines leuantur.
Voluptas Annibalem vicit.
Voluptatis morbi vſuræ ſunt.
Voluptates commendat rarior vſus.
Voluptates facie blandiuntur, tergo cruciant.
Vis ciborum voluptatem contemnere? exitum ſpecta.
Vnguentum in homine arguit mollitiẽ.
Voluptates tanquam ſyrenæ fugiendæ.
Voluptates formoſus difficilè frænat.

Votum.

A Deo ſtulta volta minimè exaudiũtur
Immemores ſolent eſſe homines voti compotes.
In aduerſis faciunt homines vota.
In proſperis Dei obliuiſcuntur.

Vox.

Subtilitas & vocis craſſitudo fit, ſecundum arteriæ vocalis largitudinem.
Vox eſt percutio aeris inſpirantis.
Vocem populi vocem Dei dicitur eſſe.
Vox eſt cordis voluntatis nuntium.

Vſus.

Fructus atrectatione manũ minuitur.
Guta cauat lapidem, conſumitur annulus vſu,

Et teritur preſſa vomer aduncus humo.

Guta cauat lapidem, non bis ſed ſæpe cadendo,

Sic homo fit doctus, non bis, ſed ſæpe ſtudendo.

Nemo ſine vſu & exercitatione quidquam aſſequi poteſt.

Non timentur, quæ ex vſu ſunt.

Periculosũ eſt canes inteſtina guſtaſſe.

Qui ſemel imbuerit, nugas nutricis amabit.

Rerũ magiſter vſus omnium optimus.

Vſus eſt eloquentiæ magiſter optimus.

Vſus frequens omnium præceptorum precepta ſuperat.

Vſura.

Similis eſt pecunia vſurarij morſui aſpidis, percuſſus enim ab aſpide, quaſi delectatus vadit in ſomnum, & per ſaporis ſuauitatem moritur.

Vſurarius ſuper omnes mercatores eſt maledictus.

Vrbs.

Aut manu, aut ſitu, aut vtroque vrbs munienda.

Vrbs munita viris non eget muris.

Vrbiũ ſalus à præmijs & pœnis pendet.

Vrbis anima ſunt leges, & magiſtratus.

Vtilitas.

Coquus non curat caudam, ſed pinguedinem.

Nihil vtile, quod parum honeſtum videri poteſt, ducitur.

Nemo eſt, qui vtilitatem fugiat.

Omnes optant, quod ſibi vtile eſt.

Qui inutilis eſt omnibus, ſibi vtilis eſſe non poteſt.

Vtile non debet per inutile vitiari.

Vtilitatem alienam, quiſque curat, minus, quàm ſuam.

Vulgus.

Ad deteriora eſt ſemper vulgus promptior.

Fluctu magis mobile vulgus.

Nec dolendum iniurijs, nec gaudẽdum laude vulgi.

Opifices & tabernarij ſunt ciuitatum feces.

Optimæ rei cuiusque iudex vulgus peſſimus.

Pauca vulgus veritate, multa opinione æſtimat.

Quouis in certamine parti vulgus peiori fauet.

Sciuditur incertum ſtudia in contraria (vulgus.

Semper quę recta ſunt pauciſſimis placent.
Turpe quidem dictu, ſed ſi modo vera fatemur.
Vulgus amicitias vtilitate probat.
Vulgus pluris facit pecuniam, quàm ſapientiam.
Vulgus veritatem ignorat, opinionem ſpectat.
Vulgus cupiditatibus, nō rōne regitur.
Vulgus ſolum propriam approbat conſuetudinem.
Vulgus ſentit, & non intelligit ſenſum.

Vultus.

Frons, oculi, vultus perſępe mētiuntur: oratio verò ſe pæſſimè.
Fronte ac vultu ſimulatio facilimè ſuſtinetur.
Heu quam difficile eſt crimen nō prodere vultu.
Vultus ac frons ſunt animi ianua.
Vultus per ſæpe indicat mores.

Vulnus.

Cum dolore ſunt abſcindenda, quæ leniter ſanari non poſſunt vulnera.
Honeſtè accepta ſunt pectore vulnera.
Immedicabile vulnus enſe reſecandum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

Vul-

Vulnera circularia tardius ſanantur.

Vulnera dum ſanat, dolor eſt medicina doloris.

Vxor.

Amicos exiſtimet vxor, quos maritus exiſtimat.

Auinctus nuptijs nõ amplius liber erit.

Boni ſunt cum vxore iucundiſſimi dies, alter cum ducitur, alter cum mortua affertur.

Breuis amor nouarum coniugum, corporis forma conflamatus.

Coniugem ama, tuarum fortunarum ſociam.

Cum vxore ne contendas, ne ve ei multum fidas.

Coniugum diſentio totius domus perturbatio.

Coniunx marito in ægritudinibus & in ſiniſtra fortuna ſuauiſſima.

Cum vxore, præſentibus extraneis, nec iurgandum, nec blanditijs agẽdum.

Dici poteſt vxor neceſſarium malum.

Dum morata eſt vxor, ſatis eſt dotata.

Dos non facit fauſtum coniugium, ſed virtus.

Domum ô beata, vbi vxor ſentit cum viro.

Fre-

Frequentes vxoris, & viri offenſæ matrimonialem amorem extingunt.
Faciles coniugum ſunt recõciliationes.
Hoſtibus eueniat malam habere vxorem.
Indotata eſt in poteſtate viri.
Intimi eſt amoris coniugum accuſatio.
Inter ſocrus & nurus vetus eſt bellum.
Moroſa & diſcors vel mortua litigat vxor.
Mulieris facilitas eſt, ſi diligitur à marito.
Mulier cũ priuatur viro, priuatur vita.
Non conuenit iuuenis coniux ſeni viro.
Non venuſtas, ſed virtutes oblectent maritos.
Puella non dotata erit modeſtior.
Proſperis dubijque rebus mulier ſumitur comes.
Præſtare maritum vxori par eſt, non enim, vt dominus pecori, ſed anima corpori.
Præſentem maritum amare oportet, mortuum miſſum facere.
Primæ nuptiæ ſunt meliores, quàm ſecundæ.
Si voles apte nubere, nube pari.
Silentium & familiæ cura decet vxorẽ.

Sua:

Sua cuiq; ſponſa videtur pulcherrima.

Seruire ſibi dotata quiuis poſtulat.

Sponſa ſine dote non habet loquendi poteſtatem.

Societas ſecndum naturã maximè conuenit mari, & feminæ.

Si quis pauper vxorem habet pecunioſam dominam, non vxorem habet.

Senectam & nuptias deſideramus, adeptas odimus.

Summa nuptiarum poteſtas in patre poſita eſt.

Sola vxor ante nuptias non probatur.

Vxor ſine dote pannus eſt in purpura.

Vxorem quære firmamentum familiæ.

Vxoris vitium eſt coniugi ferendum.

Vxor hoſtis eſt in vita, quæ ad virum nuptum datur.

Vxorem æqualem ducito, & requiem habebis.

Vxor, quæ pudicitiam amiſſit, omnia ſimul perdidit.

Vxoris eſt dos prima morigeratio.

Viro indigenti conſilium, & ſolatio eſt vxor.

Vxorem diuitem ferre eſt tormentum.

Vxorem pauperem alere difficile eſt.

Vir caſtum vxorem facit caſtam.

Vxor

Vxor viri moribus, & fortunæ cõſonet.
Vxoris admonitio habet voluptatem.
Vxor ſana mente, marito irato & clamante ſilet, ſilentem alloquitur.
Vxorem æqualem elige, nam ſi clariorem te duxeris, & ipſam, & ſuos dominos habebis.
Vxori non eſt temere credendum.
Vxor coniuncta ſecondo marito, prioris odit familiares.
Vitium vxoris, vtcunque ſit, eſt tolerandum.
Vxor pulcra eſt ſuſpitionis plena.
Virgnem habeto, tuos vt diſcat ſedula mores.

Zelus.

Non eſt perfectus amor, niſi zelotipus.
Qui verè amat die ac nocte zelo afficitur.
Zelus pietatis ſuauiter ardet, efficaciter explet.
Zeli cauſa eſt perfectus amor.

FINIS.

Aa1 1146662 00 0